ARCHIVES HISTORIQUES DU MAINE

III

Tiré à deux cents exemplaires.

Nº 89

A. L.

SOCIÉTÉ DES ARCHIVES HISTORIQUES DU MAINE

ARCHIVES HISTORIQUES
DU MAINE

III

CARTULAIRE D'ASSÉ-LE-RIBOUL

PUBLIÉ PAR

LE COMTE BERTRAND DE BROUSSILLON

CARTULAIRE D'AZÉ ET DU GENÉTEIL

PUBLIÉ PAR M. DU BROSSAY

PLAINTES ET DOLÉANCES DU CHAPITRE DU MANS EN 1562

PUBLIÉES PAR L'ABBÉ A. LEDRU



AU MANS

AU SIÈGE DE LA SOCIÉTÉ, MAISON SCARRON

1903

CARTULAIRE D'ASSÉ-LE-RIBOUL

PRIEURÉ DE L'ABBAYE SAINT-NICOLAS D'ANGERS

1097-1506

PUBLIÉ PAR

LE COMTE BERTRAND DE BROUSSILLON

L'abbaye Saint-Nicolas d'Angers, fondée en 1020 par Foulques Nerra, possédait dans le diocèse d'Angers et dans les diocèses voisins, Poitiers, Le Mans, Nantes, Maillezais, Luçon, Coutances et jusqu'en Angleterre un certain nombre de prieurés, lesquels sont énumérés par M. Port dans son *Dictionnaire de Maine-et-Loire* (I, 66). Parmi eux, deux étaient situés dans la partie de l'ancien diocèse d'Angers faisant aujourd'hui partie du département de la Mayenne, c'étaient Azé et le Geneteil, dont le cartulaire est publié ici même par M. du Brossay.

Quant au diocèse du Mans, M. Port, en énumérant les possessions de l'abbaye Saint-Nicolas situées sur son territoire, emploie des formes anciennes, lesquelles, compliquées par une faute d'impression, appellent un petit travail d'identification. Il les nomme : Gennes, Mont-Saint-Jean, Assay-le-Ribouille, Parnay, Chérisay et Saint-Nicolas-de-Bossé.

Nous allons préciser la position de chacune de ces localités qui toutes étaient en effet des prieurés de Saint-Nicolas.

Gennes, canton de Bierné, au département de la Mayenne[1],

(1) Voir au *Cartulaire d'Assé*, le numéro IX confirmant la fondation du prieuré de Gennes et le numéro XVIII, qui est relatif à une rente sur Gennes.

ne doit être confondu ni avec Gesnes, canton de Montsûrs, au même département, ni avec Gennes, chef-lieu de canton dans l'arrondissement de Saumur, où se trouvait le prieuré de Saint-Eusèbe, de l'abbaye de la Couture [1].

Mont-Saint-Jean est une commune du canton de Sillé-le-Guillaume.

Assé-le-Riboul est une commune du canton de Beaumont-le-Vicomte, qui, avant la Révolution, possédait le prieuré, fondé en 1097, dont on trouvera les chartes plus loin.

Parné, et non Parnay, est une commune du canton d'Argentré, du département de la Mayenne.

Chérisay, commune du canton de Saint-Paterne (Sarthe).

Saint-Nicolas-de-Possé, et non Bossé, était prieuré de Saint-Nicolas, placé sur le territoire de la paroisse d'Assé.

Les chartes relatives à quelques-uns de ces établissements religieux sont contenues en copies dans un volume des Archives de la Mayenne (H. 6ter), dont le titre malheureux *Chartes du prieuré du Geneteil*, donne à penser aux historiens qu'ils y chercheraient en vain des renseignements autres que ceux relatifs au voisinage immédiat de Château-Gontier.

Dès la fondation même de la Société des Archives du Maine, M. du Brossay proposa au conseil de se charger de la mise au jour des chartes d'Azé et du Geneteil [2]. On y ajoute ici le cartulaire d'Assé, afin de ne rien laisser de côté de ce que ce volume contient sur les prieurés de Saint-Nicolas.

Le manuscrit en question, écrit au milieu du XVIIIe siècle, se compose — ou plutôt se composait — de trois cent soixante-quatorze pages, dont un certain nombre ont été ou enlevées ou lacérées ; il est constitué par trois séries de copies, qui dans le

(1) On s'étonne de ne trouver au *Cartulaire de Saint-Pierre de la Couture* aucune autre mention de ce prieuré que l'acte publié page 96 et aucun renvoi à la *Notre-Dame Angevine* de Grandet, qui contient, à ses pages 539-559, un petit cartulaire de Saint-Eusèbe, composé de vingt-six chartes, lesquelles malheureusement sont publiées avec aussi peu de soin que toutes les autres pièces justificatives du volume.

(2) Dans notre *Maison de Craon* on trouvera mention de celles des chartes de ces deux prieurés, qui sont relatives aux seigneurs de Château-Gontier.

présent volume sont désignées par les lettres A. B. C. Les deux premières séries ont été prises directement sur les originaux, alors tous pourvus de leurs sceaux, elles présentent cette seule différence que la série A (47 documents) est suivie d'une formule de vidimus, datée du 25 septembre 1741, qui ne figure pas à la fin de la série B (107 documents). Quant aux vingt-deux documents de la série C, ils sont empruntés au cartulaire de Saint-Nicolas et contiennent l'indication du folio où ils figuraient dans le manuscrit. Le Cartulaire d'Assé-le-Riboul est constitué à l'aide d'emprunts faits aux trois séries.

I. — 1097, avant le 20 juin, Le Mans. — ACTE PAR LEQUEL GUILLAUME D'ASSÉ FAIT A L'ABBAYE SAINT-NICOLAS D'ANGERS DIVERS DONS DANS LA PAROISSE D'ASSÉ, ACTE SUIVI DE LA NOTICE DE L'APPROBATION DE GEOFFROY, FRÈRE DE GUILLAUME, ET DE L'ÉNUMÉRATION DES DONS DE DIVERS SEIGNEURS DE LA RÉGION. (C. 1, p. 289.)

Quisquis ad aeternam, post hanc, vult tendere vitam, primum debet cogitare quo modo ad tantae beatitudinis locum valeat pervenire. . . . . Hujuscemodi verbis, ego, Willelmus de Asceio ammonitus et a peccatorum mole me graviter comprimente, per elemosinae bonum levigari cupiens, dono Deo et sancto Nicholao et abbati Lamberto et monachis ejus, pro salute animae meae et animabus parentum meorum, ecclesiam de Asceio, — quam, non sine peccato, tenebam, — solutam et quittam, et omne fevum Odonis, clerici, — et totam decimam annonae ecclesiae pertinentem, — et tertiam partem decimae vini, — unum arpennum prati, — et terram ad ortum plantandum, — et burgum foris castrum[1], a parte boschi, vestitum et

(1) Il existe encore des ruines du donjon roman d'Assé-le-Riboul. Voir *La Province du Maine*, t. VII (1899), planche entre les pages 186 et 187.

non vestitum, ut ipsi illud vestiri et aedificari faciant, et, praeter burgum, de terra arabili, ad cimiterium crescendum et burgum faciendum, ut illud in perpetuum, ab omni cosduma quittum teneant.

Et insuper concedo eis ut quicquid in tota mea possessione et fevo, dono vel emptione, adquirere potuerint, absque ullius cosdumae retinaculo, gratis accipiant et possideant. Est autem talis conventio, ut patris mei anniversarium, sicut de abbate, unoquoque faciant anno, nomenque meum, post mortem, in martilogio scribant, et quatuor monachos in monasterio, propter hoc, gratis recipiant, et quatuor pauperes in elemosina pascant. Dono etiam eis dimidiam masuram terrae, juxta parvam forestam.

Duas vero partes decimae vini, quas retinui, alteri non potero dare vel vendere ecclesiae.

Hoc donum concessit uxor mea, Sicilia, et filia mea, Beatrix, et Goffridus, frater meus.

Igitur, ut praedicta donatio teneatur, fidejussores misi : Goffridum, fratrem meum, Richardum de Poceio ; Herbert de Montinni ; Herveum de Radereio ; Goscelinum, Gundefredi filium ; Gonerum, Burchardi filium. Ut, si quis haereditatis meae possessor donationem et conventionem hanc destruere voluerit, non eum in haeredem recipiant quousque. . .

Haec omnia concessit Deo et sancto Nicholao et monachis ejus, salutis animae suae causa, Goffridus, frater Guillelmi ; et insuper dedit eis partem suam et dominium quod habebat in ecclesia de Monte Sancti Johannis, solide et quitte.

Similiter et Odo de Sancto Christophoro et Guillelmus Bermunt concesserunt eis quicquid habebant in eadem ecclesia . . . . . , quod et alii omnes fecerunt qui in eadem participabantur ecclesia.

Herbertus quoque de Montinniaco donavit eis apud Asceium... dimidium arpennum vinae et unum prati, decimamque totius terrae suae de annona, concedentibus uxore sua, Gilla, et filiis suis, Richardo et Aimerico, aliisque omnibus.

Hugo etiam de Trunchet donavit eis dimidium arpennum vinae et unum prati.

Istis omnibus donavit et concessit abbas Lambertus beneficium

Sancti Nicholai, ob tantorum beneficiorum remuneratione, et insuper : Guillelmo, quadraginta libras ; et Guoffrido, fratri suo, decem libras Cenomannensis monetae, videlicet pro terra et burgo aliisque rebus ad ecclesiam non pertinentibus.

Hic etenim Gosfridus donavit eis, apud Montem Sancti Johannis, praeter ecclesiam, medietatem burgi quittam . . . . , et dimidium furnile et fevum presbyteri, post mortem suam, scilicet Seinfredi.

Hujus rei testes sunt isti : Odo, clericus, qui fevum suum ab ipso abbate Lamberto accepit ; Richardus de Poceio ; Herveus de Radereio ; Herbertus de Montinni.

De monachis : Lambertus, abbas, Herbertus, monachus ; Johannes de Moncantor ; Beraldus, medicus, Warinus, presbiter de Asceio.

II. — 1097, 20 juin, Le Mans. — NOTICE DANS LAQUELLE LES MOINES DE SAINT-NICOLAS RELATENT LE SUCCÈS DE LA DÉMARCHE FAITE PAR EUX, SOUS LA DIRECTION DE L'ABBÉ LAMBERT, AFIN D'OBTENIR DE L'ÉVÊQUE DU MANS, HILDEBERT, ET DE SON CHAPITRE, LA CONFIRMATION DE LEURS DROITS SUR ASSÉ, PARNÉ ET CHERISAY. (C. 1, p. 289.)

Post haec, abbas Lambertus, cum aliquantis fratribus, scilicet Gosberto, priore, Herbert, Johan, Beralt, Ingelbaut, Savari, ad dominum episcopum Cenomannensem, Hildebertum, perrexit, eumque et omnes ejus canonicos, ut ecclesias supradictas et ecclesiam de Parriniaco et de Chariseio Sancto Nicholao ac monachis ejus concederent, humiliter obsecravit ; et quod obsecraverat impetravit. Ipse enim et archidiaconi, Goffridus decanus, Goffridus Mulot, Paganus de Sancto Carilepho[1], Fulcradus, cantor, cum omnibus aliis canonicis, abbatis . . . preces . . . exaudierunt . . . . Ecclesias itaque supradictas episcopus et canonici Sancto Nicholao et monachis ejus et ecclesiasticum [quod] in toto Cenomannensi pago adquisierant vel adquisituri erant . . . . concesserunt, beneficium Sancti Nicholai ab abbate Lamberto . . . . . . acceperunt ; societatem et amicitiam talem cum eis confirma-

(1) Payen ou Hugues de Saint-Calais, plus tard évêque du Mans (1136-1144).

verunt, ut, ad unius cujusque eorum obitum, absolutio, officium et missa pro eis cantaretur, idemque beneficium a canonicis pro monachis compleretur ; et, si opus eis esset, monasterium Sancti Nicholai ex refugium contra omnes adversarios, excepto ipsorum praesule, fieret.

Abbas autem et monachi dabunt communi eorum conventui, unoquoque anno, quinque solidos Cenomannensis monetae, tali pacto ut ipsi eorum amatores et adjutores in omnibus quae potuerint existant.

Actum est hoc et confirmatum in capitulo Sancti Juliani Cenomannensis, anno ab incarnatione Domini millesimo nonagesimo septimo, indictione quinta, duodecimo kalendas julii.

Istis testibus :

De monachis : Lamberto, abbate, Gosberto, priore, Herberto, Johanne, Savarico, monachis, abbate etiam Burguliensi, Baldrico, Beringerio, suo monacho ;

De clericis : Willelmo Musca, Stephanno de Continniaco, canonicis Sancti Mauricii Andecavensis, Huberto Crucibolo ;

De laicis : Helia, Cenomannensi comite, Rotro de Monfort, Herbert de Montinni ;

De famulis monachorum : Bodino, David aliisque multis.

III. — Vers 1100. — Un jour de Toussaint. — NOTICE DANS LAQUELLE LES MOINES DE SAINT-NICOLAS RELATENT LA CONFIRMATION PAR GEOFFROY D'ASSÉ DU DON DE L'ÉGLISE D'ASSÉ AUQUEL IL AJOUTE DE NOUVEAUX BIENFAITS. (C. 1, p. 289.)

Tempore domni Lamberti, abbatis Sancti Nicholai, venit Gosfridus de Asceio in capitulum Sancti Nicholai, et accepit, immo confirmavit, beneficium ecclesiae quod jam acceperat ab abbate Lamberto cum quibusdam fratribus, quando noviter Sancto Nicholao fecerat elemosinam suam, — quo recepto pactoque priori recordato et a toto conventu in communi capitulo reconfirmato, — dedit Sancto Nicholao medietatem decimae suae quam sibi retinuerat, quando primum donum fecerat, et unum arpennum vinae ad victum monachorum de Monte Sancti Johannis apud Silliacum.

Audientibus testibus istis : Odone Suchardo, Willelmo, Richardi filio, Hamelino, Silliaci vicario.

Hoc autem factum est in festivitate Omnium Sanctorum.

IV. — Vers 1100. — NOTICE DANS LAQUELLE ON RELATE LES ENGAGEMENTS PRIS ENVERS GEOFFROY D'ASSÉ PAR HERBERT DE LA GUIERCHE ET JULIENNE D'ASSÉ AU MOMENT DE LEUR MARIAGE. (B. 7, p. 197.)

Sciant quibus est sciendum has esse conventiones inter Gauffridum de Asceio et Herbertum de Wircha, quando Gauffridus dedit ei filiam uxorem.

Siquidem Herbertus domno Gauffrido concessit Verneiam cum omnibus quae ad eam pertinent, quandiu viveret ipse Gauffridus, dante et concedente Juliana, filia sua, de cujus patrimonio res supradicta movet.

Dederunt et concesserunt idem Herbertus et Juliana, uxor ejus, consilio et petitione domni Gauffridi, ecclesiam Sancti Medardi de Verneia [1], cum omnibus his quae ad eam pertinent, et decimam molendini Verneia Beato Nicholao [2] et monachis suis, solutam et quietam, omni exactione pecuniae remota.

Concesserunt eidem Gauffrido de Asceio Herbertus et Juliana, uxor ejus, totum honorem de Monte Sancti Johannis, tota vita sua habendum, solutum et quietum.

Concesserunt etiam et Motam Achardi, habendam tota vita sua, postquam eam adquiserunt.

Pepigit etiam Herbertus domno Goffrido quod ei adjuvaret modis quibuscumque posset ad adquirendum Mortarium, et tunc, quando domnus Goffridus haberet Mortarium, Herbertus quicquid in Mortario modo habet de Goffrido et haerede suo haberet ad alliata et servitia sua facienda.

Pepigit etiam quod omnes rectitudines ubicumque Goffridus haberet, modis quibuscumque posset, eas sibi adquirere adjuvaret.

(1) Saint-Médard de Vernie, canton de Beaumont-le-Vicomte.

(2) La notice numéro XXXVI du *Cartulaire de la Couture* apprend que, vers 1112, l'église de Vernie fut donnée à l'abbaye de la Couture par Dreux de Villaines. Plus tard elle passa à l'abbaye de Beaulieu.

Et, ut haec firma stabiliaque permanerent, fidem suam Herbertus dedit Goffrido, et sacramentum super sanctorum reliquias juravit.

Ex parte Goffridi testibus his : Warino Movo, Hugo de Maslini, Alberico Feret, Odone de Raderet, Lurei, fratre ejus, Drogo de Baset, Hugo de Laidoneirt [?], Goffrido Revello, Girardo, fratre ejus, Droco Revello, fratre ejus.

Ex parte Herberti : Gervasio Passavant, Hamelino, fratre ejus, Liberto de Wircheia et Herberto, filio ejus, Helinan et Fulcoio, fratre ejus, Guidone de Mauleia, Pagano de Silveia.

V. — Vers 1105. — NOTICE PAR LES MOINES DE SAINT-NICOLAS DU DON DE L'ÉGLISE D'ASSÉ A EUX FAIT PAR GUILLAUME D'ASSÉ D'ACCORD AVEC GEOFFROY, SON FRÈRE. LA DONATION CONTESTÉE PAR HERVÉ, LEUR FRÈRE ET SUCCESSEUR, EST ENFIN RATIFIÉE A LA DEMANDE COMMUNE DE L'ÉVÊQUE HILDEBERT ET DU COMTE HÉLIE. (B. 19, p. 189.)

Quoniam sapientes et antiqui viri facta et dicta sua subsequacibus per scripta manifestari voluerunt, et ea quae in veris scriptis continebantur auctentica esse judicaverunt, nos igitur, monachi Sancti Nicholai, auctoritatem illorum sequentes, subsequacibus manifestamus quomodo ecclesiam de Asciaco adepti sumus.

Guillelmus enim de Asceio supradictam ecclesiam, cum decimis et omnibus illi ecclesiae pertinentibus, pro anima sua et omnium antecessorum suorum, nobis, monachis Sancti Nicholai, in perpetuum dedit, concedente fratre suo Gaufrido, quam diu temporibus illorum quietam tenuimus. Insuper etiam dedit nobis, ante portam castelli, unam obcham in qua censarios constituimus, atque terrae quantum duo boves colere possunt.

Mortuo autem Guillelmo, Herveus, frater ejus, honorem habuit et donum fratris sui nobis calumpniavit, quod, divina auxiliante gratia, rogatu Hildeberti episcopi atque Heliae comitis, ipse Herveus, pro anima patris et matris omniumque antecessorum suorum, sicut Guillelmus nobis primitus dedit, sic Herveus concessit.

Hujus rei testes sunt isti viri subscripti : abbas Lambertus, cui facta est supradicti doni concessio ; Aimericus Bernardus, monachus ; Drogo, monachus ; Audoinus, monachus Sancti Albini ; Paganus, archidiaconus ; Guido Brunellus ; Helgous, canonicus ; Fulcoidus, dapifer ; Guillelmus Ribola ; Fulco Ribola ; Gaufridus, frater ejus ; Girardus de Clederiis, Fromundus Calibotus ; Baldoinus, sellarius ; Guillelmus, filius Horrici ; Gauterius, filius Richardi ; Godefredus de Vieriis ; Raginaldus, camerarius ; Berengarius, marescallus ; Alfridus ; isti supradicti fuerunt ex nostra parte.

Isti subscripti ex parte Hervei : Paganus de Sivilliaco ; Guillelmus de Poceio ; Gaufridus de Corbon ; Goscelinus de Asceio ; Goherius de Poceio ; Garinus, capellanus.

VI. — Vers 1105. — ACTE PAR LEQUEL L'ÉVÊQUE DU MANS HILDEBERT, CONFIRME POUR LA SECONDE FOIS LE DON DE L'ÉGLISE D'ASSÉ FAIT A SAINT-NICOLAS PAR GUILLAUME D'ASSÉ ET QUI AVAIT ÉTÉ CONTESTÉ D'ABORD PAR HERVÉ D'ASSÉ, SON FRÈRE ET SUCCESSEUR, LEQUEL Y AVAIT ENFIN CONSENTI A SON TOUR. (B. 19, p. 189.)

Hildebertus, Dei gratia Cenomannensis episcopus, omnibus ... salutem.

Noverit vestra omnium caritas Herveum de Asciaco ecclesiam de Asciaco et terram, quas Guillelmus, frater ejus beato dederat Nicholao, post aliquot calumpnias, videlicet ab ipso Herveo factas, ita ex integro praefato sancto concessisse et, rogatu nostro atque comitis Heliae, in manu Lamberti abbatis abrenuntiasse. Sic praefatus Guillelmus eidem beato dederat Nicholao, quod ut ipse Herveus faceret et, pro remedio animae patris ac matris atque fratrum suorum, praefatum concederet donum, ego, una cum comite Helia summo nisu postulavi, impetravi ; et ecclesiam ipsam monachis concessi, sicut jam, una cum capitulo Beati Juliani, vivente Guillelmo, concesseram.

VII. — 1118-1126. — NOTICE DE LA CONFIRMATION A L'ABBAYE SAINT-NICOLAS D'ANGERS PAR HERBERT DE LA GUIERCHE ET PAR

JULIENNE D'ASSÉ, DU DON DE L'ÉGLISE SAINT-MÉDARD DE VERNIE. (C. 5, p. 300.)

Notum sit universis . . . Herbertum de Wircha, generum Goffridi de Asceio, concessisse Deo et Sancto Nicholao et monachis ejus ecclesiam Sancti Medardi de Verneia, sicut prius Goffridus de Asceio et uxor sua, filia Willelmi de Verneia, dederant: scilicet dominium, presbiteratus et duas partes eorum quae ibi offeruntur in quinque festivitatibus.

Insuper etiam concessit nobis decimam cujusdam molendini.

Hi sunt testes : Berlaius de Monasteriolo et Geraudus, filius ejus ; Hernulfus de Monte Gomeri.

Postea vero, rogatu domni Johannis, abbatis, et comitissae Andegavorum, Aremburgis, concessit hoc idem donum Juliana, uxor Herberti, filia Goffridi de Asceio, et omnia alia dona quae dederant nobis antecessores sui, in perpetuum habenda.

Hos viderunt et audierunt: Johannes, abbas; Lojus, monachus; Aremburgis, comitissa ; Agnes de Gurtia ; Albericus de Miletia ; Heulignannus de Parrinniacho ; Gauffredus, filius Warini ; Willelmus, frater ejus ; Wido, camerarius.

Haec eadem, non longo tempore post, veniens Andegavum, ab abbate Johanne suscepta est honorifice et monachis ; et, sequenti die, in capitulum ingrediens suscepit et ipsa commune beneficium totius congregationis, concedens et confirmans ipsis quicquid mater sua, de cujus erat haereditate, et Vitrici pater suus Goffridus dederant eis, et quicquid etiam erat eis datum de fevo suo.

Huic concessioni interfuerunt Herbertus Paganus, Herbertus Quarrellus ; quod et ipsi acceperunt beneficium.

VIII. — Vers 1125. — ACTE PAR LEQUEL FOULQUES RIBOUL ET BÉATRICE, SON ÉPOUSE, CONFIRMENT A L'ABBAYE SAINT-NICOLAS LE DON FAIT PAR EUX DE L'ÉGLISE D'ASSÉ. (C. 6, p. 301.)

In nomine sanctae et individuae Trinitatis.

Fulco ego Ribola et uxor mea, Beatrix, concedimus et confirmamus ex integro Beato Nicholao et monachis ejus ecclesiam de

Asceio cum offerendis, primitiis et decimis et omnibus ad eam pertinentibus, ita ut in eorum potestate etiam sit · sacerdotes mittere et removere quos voluerint et quando voluerint. Reddimus etiam et concedimus terrulam illam, quam Richardus et Sizilla, uxor ejus, astulerant monachis, in qua duo aedificati sunt bordelli, ipsis calumpniantibus monachis.

Et, ut brevi sermone multa comprehendantur, concedimus et confirmamus dona omnia quaecumque fecit eis et concessit Willelmus de Asceio, ita quidem sicut eorum narrat et testatur carta.

Donamus etiam et concedimus ex parte nostra furnilis et molendini nostri decimam, ita ut molendinarius et furnarius, sub fide sua, fideliter eam monachis reddant, et decimam medietariae quam habemus Albiniaci.

Donamus etiam porcis monachorum de Asceio pastum quod vulgo dicitur pasnagium in omnibus silvis nostris, tam in fevo Asceii quam in fevó patris mei Huberti.

Et hoc sancte crucis signo propria confirmamus manu facto † etiam inde dono super altare Sancti Nicholai cum libro vitae ejusdem Beati Nicholai.

Damus etiam et concedimus vinagium quod habemus in vinea Fulcoii : ita quidem si eam monachi habuerint Odonis sacerdotis fevum et quotquot homines habuerint in Asceio solutos et quietos a talliatis et omnibus aliis consuetudinibus, quod vulgo dicitur cosdumis, facimus sicut eorum testatur carta et confirmat dominum Willelmum, uxoris meae patrem, fecisse.

Quicumque huic obviaverit dono . . .

Signum † Fulconis. Signum † Huberti, filii ejus. Signum † Beatricis.

Testes sunt qui hoc viderunt : Goffridus Ribola ; Blanchardus de Braetel ; Buchardus, nepos domini ; Radulfus ; Matheus Penlo ; Hubertus Penlo ; Goffridus Bruno ; Garnerius, prior ; Hamelinus, monachus ; Robertus, clericus.

IX. — 1125, v. s., 29 janvier, Chérisay. — NOTICE DE LA CONFIRMATION AUX MAINS DE L'ABBÉ JEAN, DE LA FONDATION DU

PRIEURÉ DE GENNES [1], DE L'ABBAYE SAINT-NICOLAS, FONDÉ DU TEMPS DE L'ABBÉ LAMBERT (1096-1118). CONFIRMATION RÉPÉTÉE A NOUVEAU LE 28 FÉVRIER, EN PLEIN CHAPITRE DE SAINT-NICOLAS. (C. 3, p. 295.)

Notum sit omnibus . . . quod Richardus de Montinniaco, filius Herberti, donavit Deo et sancto Nicholao et abbati Lamberto, atque Framengerius, de cujus fevo erat, illam mansionem quam domnus Durandus supradictus aedificaverat in terra quadam quae Gonan nuncupatur et quodcumque ibi ipse possidebat: domum videlicet et capellam et terram ad unam carrucam, ad duas sationes, et unum molendinum et totum omnino habere suum.

Hoc etiam concessit Sicilia, uxor Richardi, et Philippus, filius ejus, et fecerunt ex hoc donum domno Lamberto, abbati, cum crocia ipsius.

Hoc totum factum est apud Asciacum.

Hujus rei testes sunt: abbas Lambertus; Droco, monachus; Thomas, monachus: Rannulfus, monachus; Robertus, presbiter de Charisiaco; Garinus, presbiter de Asciaco; Odo, presbiter; Hugo, miles, de Malo Placito; Normannus; Joscelinus de Vado.

Et de famulis monachorum: Michael, Mannus, Pischardus, Leonius et alii quam plurimi.

Ante altare sancti Petri apud Asciacum actum est hoc.

Abbas autem Lambertus dedit Richardo et uxori ejus et avunculo ejus quatuor libras denariorum, pro hac concessione.

Post mortem autem Willelmi, Herbertus, frater ipsius, hereditatem fratris defuncti jure suscepit, qui sibi debitum honorem adeptus nobis, monachis Sancti Nicholai, dixit quod elemosinam fratrum suorum, Hugonis scilicet et supradicti Willelmi numquam concesserat: quapropter Johannes, abbas, Charisiacum adiit et eumdem Herbertum ac Girardum Revellum, generum suum, ut elemosinam concederent requisivit, qui libenter quae abbas requirebat concesserunt, et eumdem abbatem, cum breviario monasterii Sancti Dionisii, revestierunt, atque, propter firmiorem authoritatem, eumdem librum super altare posuerunt, abbatique pacis osculum, inde dederunt.

(1) Gennes, canton de Bierné, dans la Mayenne.

Factum est autem hoc in domo monachorum, quarto kalendas februarii, sexta videlicet feria, videntibus his : abbate Johanne[1], Mauricio de Doe, monacho ; Goffrido de Chimilliaco, monacho ; Roberto Malo Clerico, monacho ; Roberto, presbitero ejusdem ecclesiae ; Rainaldo Cosin, Chalopino, Willelmo Anglico, Raginaldo molendinario, famulis ; ex eorum vero parte : ipso Herberto de Choardum, Girardo Revello, fratre suo, qui pacem et concordiam istam, prout potuit, quaesivit ; Durando, presbitero, et aliis pluribus.

In crastino siquidem abbas et supradicti monachi, qui cum eo erant, ierunt ad Cohardum et uxores eorum requisierunt, ut, quae viri earum, et ipsae concederent, quae concesserunt.

Mox vero beneficium ecclesiae nostrae, domno Johanne, abbate, eas inde revestiente, susceperunt ; et abbatem, cum eadem crocia cum qua beneficium acceperant, ex hoc revestierunt.

Istis testibus : Herberto supradicto, Aia, uxore sua ; Girardo Revello, Alexandria, uxore sua ; Goffrido Revello, fratre Girardi ; Goffrido, nepote, Garnerio, milite Girardi ; Durando, presbitero Esquamone[2] ; Roberto, presbitero de Charisiaco ; Guarino Galoe, Guillelmo Ragot, Guillelmo Salnerio, Raginaldo Bigot, Rainaldo Ragot, Rainaldo molendinario, Richardo Chaldeo, Guillelmo Peregrino aliisque pluribus.

De hac autem authorizatione, suprascripti Herbertus et Robertus, filius ejus, Girardus Revellus et Goffridus Revellus venerunt in capitulum Sancti Nicholai, dominica prima quadragesimae, et concessionem quam de ecclesia Sancti Dionisii de Charisiaco et de Cohardum et de Flae et de omnibus rebus nostris superius fecerant, in eodem capitulo, domno Johanni, abbati, et omni conventui iterum fecerunt ac donum super altare, cum textu evangeliorum, posuerunt. Omnes denique res obedientiae contra cunctos mortales homines, in quantum possent ac si eorum propriae res essent, se deinceps custodire, manutenere ac defendere

(1) L'année 1125 du vieux style, est pendant la période où Jean I fut abbé de Saint-Nicolas, la seule où le 29 janvier soit tombé un vendredi.

(2) Ecommoy (Sarthe).

promiserunt, et maxime homines qui in terra nostra hospitati sunt seu hospitaturi sunt, ab omni cosduma omnique querela, sine ullo retinaculo, solutos clamaverunt et quittos.

Promiserunt se etiam, ibidem in capitulo, ecclesiam Sancti Dionisii de Charisiaco contra canonicos Sancti Juliani Cenomannis defensare, ita videlicet ut quinque solidi census annuatim redderentur canonicis.

Ut autem haec carta firmior semper et haberetur et teneretur, coram abbate et omni capitulo et pluribus qui tunc praesentes aderant, manibus propriis in eadem singuli singulas fecere cruces.

Istis testibus : Lupello, milite Felle ; Johanne, milite, monacho ; Ruellono, milite de Ver ; Radulfo famulo, filio Rainardi ; Willeimo, famulo, de Balgiaco ; Blanchardo, famulo ; Pipino, famulo ; Pictavino, infirmario ; Aunone, famulo ; Lamberto, famulo ; Fulcherio, famulo ; et multis aliis ; Sicilia, uxor Richardi, et Philippus, filius ejus.

Signum † Herberti de Cohardun ; Signum † Girardi Revelli ; Signum † Roberti, filii Herberti.

X. — 1126-1136. — ACTE PAR LEQUEL GUY DE PLOERMEL, EN RAPPELANT COMMENT AUTREFOIS HILDEBERT AVAIT CONCÉDÉ AUX MOINES DE SAINT-NICOLAS L'ÉGLISE D'ASSÉ, LEUR ATTRIBUE A SON TOUR LES ÉGLISES DE CHÉRISAY, DE PARNÉ ET DE MONT-SAINT-JEAN. (B. 97, p. 257.)

Ego, Guido, humilis Cenomannorum episcopus, universis . . . Notum fieri volo, quia, dum primum . . . sanctae Cenomannensis ecclesiae regimen suscepissem et veterum ejusdem, ecclesiae scriptorum monimenta revolverem, inter alia multa repperi quod ecclesia de Asciaco et ecclesia de Carisiaco de jure et dominio ecclesiae nostrae olim subtractae et a secularibus hominibus per longa tempora possessae sunt ; et quidem, de ecclesia de Asciaco, comperi quod dominus Ildebertus, antecessor noster, monachis monasterii Sancti Nicholai Andegavensis, Lamberto abbate ejusdem monasterii praesidente, concessit atque de eadem ecclesia censum quinque solidorum Cenomannensis monetae communi

capitulo canonicorum nostrorum quot annis persolvi statuit, in festivitate videlicet sanctorum Gervasii et Prothasii, quae apud nos in adventu Domini celebratur[1] : quae res et longa temporis possessione et tantorum virorum, tam clericorum quam laicorum testimonio confirmata est, ut de reliquo cujusque testificatione non egeat ; ecclesiam autem de Carisiaco, cum laici, qui eam de ecclesiae nostrae beneficio tenebant atque inde canonicis nostris specialiter quinque solidos per annos singulos reddebant, praefatis monachis Sancti Nicholai donare voluissent, calumpniati sunt eam canonici nostri, nolentes beneficium suum in alterius ecclesiae possessionem transferri.

Propter quod frater noster Johannes, ejusdem monasterii abbas, nostram praesentiam cum quibusdam monachis ejusdem monasterii adiit, humiliter nos et canonicos nostros pariter exorans, quatenus eamdem ecclesiam Beato Nicholao et monachis ibidem servientibus ac servituris concederemus, eo videlicet pacto ut ipsi, per annos singulos, de eadem ecclesia quinque solidos Cenomannensis monetae communi capitulo ecclesiae nostrae redderent, in praefata videlicet festivitate sancti Gervasii, et calumpniam quam ipsi faciebant de parrochia ecclesiae Novi Burgi, quae ad dominium canonicorum nostrorum pertinet, omnino quietam dimitterent sine aliqua in posterum reclamatione.

Nos ergo, praefati abbatis, viri sapientis ac religiosi et monachorum ejus preces nequaquam contempnendas esse judicantes, ipsam ecclesiam videlicet de Carisiaco eis, sub praefixa conditione, concessimus, assensu totius capituli nostri ; ecclesiam quoque de Parraniaco et ecclesiam de Monte Sancti Johannis eis

(1) Giry, *Manuel de Diplomatique*, signale cette fête des saints Gervais et Protais, célébrée au Mans le 13 décembre. Elle avait été instituée pour rappeler la dédicace de la cathédrale à ces saints martyrs, par l'évêque saint Innocent au VIe siècle. « Idus decembris. Cenomannis civitate, addicio ad » titulum matris ecclesie in commemoratione sanctorum martirum Gervasii » et Prothasii ». (Bibl. du Mans. Ms. 244, *Martyrologe du XIIIe siècle*, fol. 200. *Actus pontificum*. (Édit. B.-L., p. 55.) Le missel manceau du XIIe siècle, de la bibliothèque de M. Ch. de Montesson, l'indique ainsi : « Idus (sic) decem» bris. Translatio sanctorum martyrum Gervasii et Prothasii et passio sanc» tae Luciae virginis ». (Cf. A. Ledru, *Un missel manceau du XIIe siècle*, p. 9. Voir *Liber albus*, no CCCCXCII).

pariter concedimus, — societatem et amicitiam quam tempore Lamberti abbatis cum capitulo nostro pepigerant recolentes, eamque jure perpetuo retinere volentes, — ut videlicet in unius cujusque nostrum obitu absolutio fiat, officium et missa cantetur, idemque officium a nobis pro ipsorum monachis, quando nobis nuntiatum fuerit compleatur. Et, si etiam opus fuerit, monasterium Sancti Nicholai nobis refugium sit contra omnes adversarios nostros, excepto episcopo nostro.

Et ne convenientia ista . . . possit . . . corrumpi, ego, Guido episcopus, praesentem conscriptionem inde fieri et sigilli mei authoritate roborari praecepi.

Nomina eorum, quorum consilio et costipulatione ista facta sunt, praecipiens subnotari : Hugo decanus ; Ansgerius cantor ; Hugo archidiaconus ; Guillelmus archidiaconus ; Gradulfus archidiaconus ; Martinus scolasticus ; Guillelmus archipresbyter ; Paganus archipresbyter ; Hamelinus archipresbyter ; Ivo capellanus ; Guido, Gaufridus, Guillelmus, Johannes, sacerdotes ; Petrus de Lavarzino ; Guillelmus de Belismo ; Garnerius, praepositus ; Guillelmus, nepos archiepiscopi ; Philippus Albericus ; Sevinus ; Mathaeus Berardi et caeteri omnes.

XI. — Vers 1150. — ACCORD ÉTABLI DEVANT HUBERT RIBOUL, SEIGNEUR D'ASSÉ, ENTRE LE PRIEUR D'ASSÉ ET GUILLAUME DE CHANTEMERLE, AU SUJET DE LA DIME DES VIGNES DE LA PASTIÈRE. (B. 87, p. 235.)

Sciant omnes . . . quod contentio quae habita est inter Guillelmum, priorem de Aceio, et Guillelmum de Chantemerle et patrem ejus, Odonem, videlicet de quadam decima vinearum quae sunt ad Pasteriam, coram domino Huberto Ribola perpetuo fine terminatur, ita tamen quod praefatus Guillelmus de Chantemerle a monachis Sancti Nicholai eamdem decimam debet tenere, et ipsi monachi illi habent garantizare.

Ad recognitionem autem decimae de monachis tenendae, dedit eis praefatus Guillelmus de Chantemerle quoddam viridarium quod est in clauso monachorum, quietum ab omni servitio, — quod ipse Guillelmus et haeredes sui habent monachis garan-

tizare, — insuper et unam summam vini annuatim in eadem decima.

Hujus pacis tenendae testes et plegii sunt, ex utraque parte : dominus Hubertus Ribola, in cujus curia celebrata est hujuscemodi pax, Guillelmus de Aceio, Guillelmus de Montigneio, Johannes de Radereio, de cujus elemosina tenent monachi ipsam decimam, Patricius de Montigneio, Guischardus de Poceio, Philippus de Radereio, Odo de Vignoles, Hugo de Verneia, Odo de Chantemerle, Paganus de Cruum, Guillelmus de Corletres.

Et, de monachis quos ad hanc causam conventus Sancti Nicholai miserat, Guillelmus de Spaldingis, tunc temporis prior praefatae domus, Herbertus, prior de Poceio, Petrus, prior de Chiriseio, et alii multi. (*Et sigillatum duobus sigillis.*)

XII. — Vers 1175, Fresnay. — NOTICE DU DON DE LA MOITIÉ DES DIMES DU TRONCHET FAIT A SAINT-NICOLAS. (B. 88, p. 236.)

Drogo Revellis donavit Deo et Sancto Nicholao medietatem partis suae de ecclesia de Trunchet et de decima et de sepultura et de omnibus quae ad ecclesiam pertinent, et de hoc fecit donum apud Freernaium, in domo Alberti Fulcradi, in manu Donati monachi, concedentibus omnibus filiis suis, Willelmo Revel, Goffrido, Matthia, Hugone et aliis omnibus cum matre et sororibus.

Unde sunt testes : Rainerius, monachus Sancti Petri Culturae, Warinus de Asceio, presbiter, Herbertus de Verneia, presbiter, Christianus Goferius, diaconus, Rainerius grammaticus, Willelmus de Jupillis et multi alii.

Ob quam rem missus est in martilogio et fit ejus anniversarium Andegavis et apud Asceium ; et monachi cantaverunt ei mille missas.

XIII. — 1206. — ACTE DANS LEQUEL L'ÉVÊQUE DU MANS, HAMELIN, RELATE L'ACCORD ÉTABLI ENTRE LE PRIEUR ET LE CURÉ D'ASSÉ, D'UNE PART, ET LE PRIEUR DE LA VAUGONDIÈRE, DE L'AUTRE,

AU SUJET DES DIMES DES NOVALES, LESQUELLES ILS PRENDRONT DÉSORMAIS CHACUN PAR MOITIÉ[1]. (B. 80, p. 225.)

Universis Christi fidelibus praesentem paginam inspecturis, Hamelinus, divina permissione Cenomanensis ecclesiae minister indignus, salutem in Domino.

Cum contentio verteretur inter priorem et personam de Aceio, ex una parte, et priorem de Valgonderia, ex altera, super decimis novalium quae sita sunt in parochia de Aceio, de feodo Gatel, tandem, post multas altercationes, de consilio bonorum virorum, inter ipsos fuit compositum in hunc modum, quod dictus prior de Valgonderia medietatem haberet in decimis dictorum novalium, super quibus contentio vertebatur, et nihilominus innovandorum, si quod in dicto feodo futuris temporibus contingeret innovari, altera medietate supradictis priori et personae de Aceio quiete et libere remanente.

Quod ut ratum . . .

Datum anno gratiae millesimo ducentesimo sexto (*et sigillatum*).

XIV. — 1220. — LETTRE PAR LAQUELLE L'ÉVÊQUE DU MANS, MAURICE, DÉCLARE AVOIR INVESTI LE PRIEURÉ D'ASSÉ DE CERTAINES DIMES. (B. 77, p. 222.)

Omnibus . . . , Mauricius, divina permissione Cenomanensis ecclesiae minister indignus, salutem in Domino.

Noveritis quod Bernardus Dalidum, in nostra praesentia consti-

(1) Dans le manuscrit reproduit ici, cette pièce présente cette anomalie que, datée de 1206, elle émane d'un évêque ayant occupé le siège de saint Julien de 1216 à 1236; elle est cependant authentique, car tandis que les moines de Saint-Nicolas la classaient parmi les chartes d'Assé, ceux de Marmoutier lui donnaient place au nombre de celle de la Vaugondière, où M. l'abbé Denis l'a prise, pour la donner à la page 209 de son *Cartulaire de Vivoin*, avec la date de 1206 et une simple initiale, au lieu du nom de l'évêque. En 1206, l'évêque du Mans se nommait Hamelin et sans doute le scribe qui a écrit la charte a donné à l'initiale de son nom une forme assez défectueuse, pour tromper les copistes des deux abbayes; aussi, conservant à l'acte la date de 1206, qui ne semble pas devoir être modifiée, on remplace le M du *Cartulaire de Vivoin*, et le Mauricius du scribe du Geneteil, par Hamelinus, qui rétablit l'harmonie entre les divers synchronismes de la pièce.

tutus, dedit et concessit abbatiae Beati Nicholai Andegavensis et domui de Aceio Le Ribole quicquid juris habebat, si quod habebat, in decima defuncti Guillelmi Guitun, in parochia de Aceio Le Ribole et in feodo Fulconis de Ralerai, militis, sita; et se desessivit in manu nostra de eadem, et nos supplicando rogavit quod nos de eodem jure monachos supradictae abbatiae sessiremus; et nos, ad ipsius Bernardi instantiam, supradictos monachos de jure quod habebat in ea investivimus, si quod habebat, in decima memorata;

In cujus rei testimonium . . .

Actum anno gratiae millesimo ducentesimo vigesimo (*et sigillatum*).

XV. — 1225. — ACCORD ÉTABLI ENTRE LE PRIEURÉ D'ASSÉ ET FOULQUES RIBOUL, REPRÉSENTÉ PAR PAYEN DE CHAOURCES, SON TUTEUR, AU SUJET DE LA DIME DES VIGNES DE POSSÉ. (B. 103, p. 266.)

Universis . . . abbas et conventus Beati Nicholai Andegavensis, salutem in Domino.

Noverit universitas vestra quod super contentione quae vertebatur inter nos et priorem de Aceio Le Ribole, ex una parte, et Fulconem Ribole, ex altera, super decimis vinearum de Poceio, a nois de Bellaquercu et a nois de Grasseto, ex una parte, usque ad aquam de Segria et de celle de Fresneio, facta est compositio in hunc modum, inter nos et priorem de Aceio et praefatum Fulconem, cum assensu et voluntate nobilis viri Pagani de Chaorciis, tutoris dicti Fulconis, quae duae partes dictarum decimarum remanent dicto Fulconi in perpetuum; ita quod nos vel prior de Aceio, in dictis duabus partibus dictarum decimarum, nihil poterimus de caetero reclamare. Praeterea totae decimae, super quibus compositum est, per servientem dicti Fulconis colligentur, qui fidem dabit priori de Aceio de decimis illius fideliter observandis; et etiam debent poni decimae praenotatae in uno loco vel pluribus, de consensu prioris et Fulconis superius nominati; et erunt partitae, de consensu eorumdem. Et si vinae plantatae in terris superius nominatis ad terram arabilem forte

devenerint, totae decimae illarum remanebunt prioratui supradicto. Et si in terra arabili fuerint plantatae vinae, dicto Fulco duas partes percipiet in decimis, et prioratus tertiam, ut superius est notatum.

Caeterum, dictus Fulco, de consensu domini Pagani de Chaorciis et de consilio amicorum suorum, dedit et concessit prioratui de Aceio, ut prior de Aceio et capitulum Beati Nicholai Andegavensis perpetuo supersederet quaestioni praedictarum decimarum, et pro quibusdam injuriis, per dictum Fulchonem dicto priori illatis, cappellaniam suam de Aceio cum pertinentiis suis, cum decimis de Albigneio, vini et bladi, et primitiis et decimis de oschis quae sunt juxta Aceium, et primitiis de hortis de Aceio, et de herbergamento dicti Fulchonis de Aceyo, et decima quam capellanus percipiebat in Rasereio, et decimis quas habebat apud Jarrieium, et decimis quas habebat prope vadum de Aceyo, et cellario cum petrino et platea quae est ante, et horto qui est post petrinum, in villa de Aceyo, et horto qui est prope furnum de Aceyo, et osereia, et dimidio arpento vineae quod est inter closum monachorum et castrum de Aceio, et vinea quae appellatur vinea de Aurelianensi, et prato de Malquarthier, et quarta parte prati, quia dominus de Cosdreio percipit tres reliquas partes, et oscha terrae prope viam quae ducit ad Poceyum, et cum omnibus oblationibus quae offerentur de domo dicti Fulchonis, et cum illis oblationibus quas dominus vel domina de Aceyo in dicta capella vel etiam in majori ecclesia de Aceyo conferent offerendas, et denariis sacramentorum et bellorum, et omnibus redibitionibus, servitiis et exactionibus liberam et quietam ; ita quod unus monachorum, qui debent esse tres sacerdotes in prioratu de Aceyo, deserviet pro dicta capellania in ecclesia de Aceyo vel in capella, quando dictus Fulcho fecerit eam competentem, in villa de Aceyo vel etiam in castello.

Quod ut ratum . . . Actum anno gratiae millesimo ducentesimo vigesimo quinto.

XVI. — 1225. — ACTE PAR LEQUEL FOULQUES RIBOUL RATIFIE

L'ACCORD ÉTABLI EN SON NOM PAR SON ONCLE ET TUTEUR, PAYEN DE CHAOURCES. (B. 99, p. 260.)

Universis . . . Officialis Cenomanensis, salutem in Domino. Noverit universitas vestra Fulconem Riboule, in nostra praesentia constitutum, de consilio amicorum suorum et aliorum bonorum virorum, ratam et gratam habuisse compositionem factam inter priorem de Aceio Le Riboule, ex una parte, et nobilem virum Paganum de Chaorces, avunculum et tutorem suum, ex altera, super injuriis et decimis, quas petebat dictus prior ab eodem Fulcone, et super illis quae donata fuerant et concessa per dictum Paganum dicto prioratui, in perpetuum possidenda, pro emendatione dictarum injuriarum et pro decimis a memorato priore petitis, sicut in litteris supradicti Pagani et venerabilium virorum, magistri Johannis, archidiaconi Castri Lidi, Patrici de Chaorces, viri nobilis, Hugonis de Vernie et Hugonis de Corbon et Godefredi de Belutière, militum, sigillorum munimine roboratis, continetur.

Praeterea, dictus Fulco fidem spontaneus praestitit corporalem, quod eamdem compositionem illabatam observabit et faciet observare. Nos autem, ad petitionem partium, in hujus rei testimonium, praesentes litteras sigillo curiae fecimus communiri.

Actum anno Domini millesimo ducentesimo vigesimo quinto. (*Et sigillatum.*)

XVII. — 1226, 19 juillet, Préaux. — ACTE PAR LEQUEL L'ÉVÊQUE DU MANS, MAURICE, RATIFIE L'ASSIGNATION FAITE PAR GEOFFROY, SÉNÉCHAL DE CHATEAU-GONTIER, DES DEUX SOUS DE RENTE LÉGUÉS PAR SA MÈRE, AUFRESIA, AU PRIEURÉ DE GENNES[1], LEQUEL LES PRÉLÈVERA DÉSORMAIS SUR LE CENS A LUI DU PAR GAUTIER DE L'ÉRABLE. (B. 81, p. 226.)

Mauricius, divina permissione Cenomanensis ecclesiae minister indignus, universis Christi fidelibus . . . salutem in Domino.

Noverit universitas vestra, quod Gaufridus, senescallus Castri

(1) Gennes, canton de Bierné, et non Gesnes, canton de Montsûrs. Voir Angot *Dictionnaire de la Mayenne*, II, 276.

Gonterii, in nostra praesentia constitutus, assignavit monachis Sancti Nicolai Andegavensis, apud Gennam manentibus, duos solidos turonensium perpetui redditus, quos Aufresia, mater sua, legaverat dictis monachis pro remedio animae suae, super census quod Gualterius de L'Errable debet ei in festo sancti Egidii annuatim, tali modo quod dictus Gualterius et haeredes sui tenebuntur annuatim persolvere dictos duos solidos, in festo praedicto, praedictis monachis, sicut coram nobis graavit dictus Gualterius. Si vero contingerit dictum Gualterium dictos denarios, die praedicta, non reddere, prior de Genna poterit in feodo capere, pro suis denariis, quae . . . . , post expectationem vinginti quinque dierum, liceret priori vendere vel invadiare.

Quod ut ratum et firmum in posterum habeatur, praesentibus litteris, ad petitionem utriusque partis, sigillum nostrum proprium duximus apponendum.

Actum anno gratiae millesimo ducentesimo vigesimo sexto. Datum die dominica ante festum Beatae Mariae Magdalenae apud Preaus. (*Et sigillatum.*)

XVIII. — 1226, v. s., avril[1]. — ACTE PAR LEQUEL L'ÉVÊQUE DU MANS, MAURICE, DÉCLARE AVOIR CONFÉRÉ AU PRIEURÉ D'ASSÉ LA PROPRIÉTÉ DE CERTAINES DIMES SUR ASSÉ QUI AVAIENT ÉTÉ RÉSIGNÉES EN SES MAINS. (B. 6 et 73, p. 102 et 218.)

Universis praesentes litteras inspecturis, Mauricius, Dei permissione Cenomanensis ecclesiae minister indignus, salutem in Domino.

Noverit universitas vestra quod Guillelmus de Morteriis et Robinus Jamba decimam quam habebant in parochia de Aceio Ribole, in feodo de Razelaio, resignaverunt in manu nostra, et nos eamdem decimam prioratui de Aceio, karitatis intuitu, duximus conferendam.

Datum anno Domini millesimo ducentesimo vicesimo sexto, mense aprili. (*Et sigillatum.*)

(1) On a compté 1226 depuis le 19 avril 1226 jusqu'au 11 avril 1227.

XIX. — 1227. — ACTE PAR LEQUEL L'ÉVÊQUE DU MANS, MAURICE, RELATE LE SERMENT PAR LEQUEL FOULQUES RIBOUL S'EST ENGAGÉ A EXÉCUTER L'ACCORD PASSÉ EN SON NOM PAR PAYEN DE CHAOURCES. (B. 84, p. 231.)

Universis . . . Mauricius, divina permissione Cenomanensis ecclesiae minister indignus, salutem in Domino.

Noveritis quod in nostra praesentia constitutus in jure Fulco Riboule, corporali praestito juramento, firmavit quod compositionem inter ipsum et priorem de Aceio Le Riboule, factam de consilio nobilis viri Pagani de Chaorciis et aliorum amicorum suorum, in scriptis redactam et sigillatam, firmiter observaret, et quod eidem compositioni nullatenus de caetero contrairet.

In cujus rei testimonium . . . .

Actum anno gratiae millesimo ducentesimo vicesimo septimo. (*Et sigillatum.*)

XX. — 1229, mai. — ACTE PAR LEQUEL L'ÉVÊQUE DU MANS, MAURICE, RATIFIE L'ACCORD ÉTABLI ENTRE LE PRIEURÉ D'ASSÉ ET CEUX QUI, A TITRE DE GAGE, DÉTENAIENT LES BIENS DE FEU HUBERT RIBOUL. (B. 71, p. 103.)

Universis . . . . , Mauricius, Dei permissione Cenomanensis ecclesiae minister indignus, salutem in Domino.

Noverint universi quod, cum contentio verteretur coram nobis inter abbatem et conventum Sancti Nicholai Andegavensis, ratione prioratus de Aceio Le Ribole, ex una parte, et gagiarios defuncti Huberti Ribole, ex altera, super decimis vinearum de novo plantatarum in parochia de Aceio Le Ribole, tandem, post multas altercationes, partes in nos compromiserunt.

Nos vero, testibus receptis et examinatis et auditis, hinc inde propositis et omnibus rite peractis, habito prudentum consilio, pronunciavimus in hunc modum : videlicet quod gagiarii supradicti redderent decimas istius anni dictarum vinearum, per judicium nostrae curiae ostensarum, priori de Aceio Le Ribole, — haeredis tamen in omnibus jure salvo ; pro quibus decimis istius anni debent reddere dicti gagiarii viginti solidos Turonensium

priori de Aceio Le Ribole, citra octavas Nativitatis Beati Johannis Baptistae proximo venturas : quod sic fuit inter eos compositum coram nobis.

In cujus rei memoriam . . . . Actum anno Domini millesimo ducentesimo vicesimo nono, mense maio. (*Et sigillatum.*)

XXI. — 1229, 15 octobre. — ACTE PAR LEQUEL L'ÉVÊQUE DU MANS, MAURICE, CONFIRME A L'ABBAYE SAINT-NICOLAS D'ANGERS LA POSSESSION DES PROPRIÉTÉS DE SES SIX PRIEURÉS SITUÉS DANS SON DIOCÈSE. (B. 98, p. 259.)

Universis . . . , Mauricius, Dei permissione, Cenomanensis ecclesiae minister indignus, salutem in Domino.

Noveritis quod nos prioratibus de Aceio Le Riboule, de Pocaio, de Cherise, de Monte Sancti Johannis, de Parrigneio, de Gene, qui prioratus pertinent ad abbatiam Sancti Nicholai Andegavensis, et eidem et abbatiae, omnes decimas quas ipsa abbatia et dicta loca in nostra dioecesi possident, sicuti eas juste, rationabiliter possident, confirmamus.

In cujus rei testimonium . . .

Datum anno Domini millesimo ducentesimo vigesimo nono, die lunae post festum Beati Dionisii. (*Et sigillatum.*)

XXII. — 1230, 22 mai. — ACTE PAR LEQUEL L'ÉVÊQUE DU MANS, MAURICE, CONFÈRE AU PRIEURÉ D'ASSÉ LA POSSESSION D'UNE DIME QUE GAUTIER LE ROY AVAIT REMISE EN SES MAINS. (B. 48, p. 173.)

Universis . . . , Mauricius, Dei permissione Cenomanensis ecclesiae minister indignus, salutem in vero salutari.

Noveritis quod Gualterus Le Roy, clericus, in nostra praesentia constitutus, se de quadam decima, quam habebat in parochia de Aceio Le Ribolle, in manu nostra desessivit, et nos, de voluntate et assensu ipsius, dictam decimam prioratui et presbiteratui de Aceio contulimus et concessimus in perpetuum possidendam ; ita ut prior in ea tantam et talem percipiat portionem quantam in magna decima dictae ecclesiae de Aceio percipere consuevit,

et presbiter eamdem percipiat quam consuevit percipere in decima memorata.

Datum die mercurii ante Pentecosten, anno Domini millesimo ducentesimo trigesimo. (*Et sigillatum.*)

XXIII. — 1233, v. s., 31 janvier. — ACCORD ÉTABLI ENTRE LE PRIEURÉ D'ASSÉ ET LES PROPRIÉTAIRES DE LA PAROISSE AU SUJET DE LA DIME DES VIGNES. (B. 86, p. 233.)

Noverint universi quod inter abbatem et conventum Beati Nicolai Andegavensis et priorem de Asceio Le Ribole, ex una parte, et Fulconem Ribole, Johannem de Radereio, Hugonem de Corbun et Guillelmum de Poteio, Guillelmum Girardi, Guillelmum Karadon, milites, et Hugonem Gohier, Galterium Tuebof et homines ipsorum et Johannem Piédefer, Patricium Chupel et Guillelmum Polein, ex altera, super decima vinearum quam dicti abbas et conventus et prior ab ipsis petebant, et super dampnis et injuriis ab eisdem militibus et hominibus suis priori de Asceio illatis, concordatum fuit et compositum in hunc modum, quod per tres bonos viros et fide dignos, scilicet duos clericos et unum laicum fieret diligens inquisitio in parochia de Asceio de sumptibus et proventibus vinearum et terrarum antequam vineae ibi planctarentur et de dampnis quae prior sustinuit occasione illius contentionis, et idem inquisitores inquisitionem super hiis ab ipsis factam et in scriptis redactam nobis sub sigillis suis transmitterent, et nos, secundum inquisitionem illam et secundum alia quae expedire videremus, decerneremus quantam et quotam decimam supradicti milites et alii priori de Asceio reddere de caetero tenerentur, de illis scilicet vineis quae a viginti annis et citra plantatae fuerunt ubi solebat bladum esse et de illis quae de caetero sive in terris veteribus sive in novalibus planctabuntur ; vineae vero quae, elapsis viginti annis vel amplius planctatae fuerunt et illae quae citra viginti annos in novalibus planctatae fuerunt ad antiquam consuetudinem remanebunt. Item, secundum inquisitionem praedictam, similiter et secundum alia quae circa hoc fuerint consideranda, decernemus quantam satisfactionem facere debeant priori pro dampnis suis ; injurias vero

(3) M. l'abbé Angot fait remonter la donation à 1070 (*Dictionnaire historique, topographique et biographique de la Mayenne*, vº Azé). La confirmation ne peut être antérieure à 1080, année de l'élection de Natal.

innumerabiles quibus humanae naturae turbatur conditio casus, miseri sunt potius appellandi quam beati.

Et cum temporalia, diligentius rem perscrutantibus, beatitudinem nec promittunt nec dare videntur, ego, Rainaldus de Castrogunterii, humilis peccator in conspectu Dei, considerans neque ab his neque ab homine auxilium expetendum, sed a Domino, multimodo etiam Scripturarum ammonitus pagina elemosinis redimi posse peccata et ex beneficio justis facto magnam retributionem inveniri a Domino,

Ut antecessoribus ac posteris meis, omnibusque in Christo sepultis et mihi indigno peccatori delictorum fiat remissio, fiat et aeternae vitae retributio,

Do ecclesiae Beati Nicholai et monachis ibidem servientibus, in castro Segreii furnile quod est ante domum Guarini Jumelli, et decimam mercati ejusdem castri, et decimam cosdumae vini navium, et unum burgensem, et terram in qua ipse, si Dominus permiserit, aedificabo ecclesiam et burgum monachis ibidem servituris, et aliud furnile in Castro Novo, et ecclesiam Sancti Albini de Papiro, concedente Guiterno, et apud Coriletum[1] duas mediaturas cum bobus et pratis et omnibus his quae ad eas pertinent, et tredecim bordarios in Castrogunterii.

Do illis burgensem Girardum Cignum et arpennum vineae optimum in meo clauso, Colonis unam masuram terrae.

Concedo etiam illis quandam terram in Apriliaco quae est prope Brachesac et terram Elisabeth, matris meae, quae est inter pontem Meduanae et ecclesiam Sancti Saturnini de Azeio, hoc ipsum volente et concedente Elisabeth matre mea.

Factum est hoc donum apud Segreium ad pedem motae juxta aulam meam in quadam rameia ;

In praesentia domni Natalis abbatis, et Rotberti de Credone, et Thomae et Goffridi Nannetensis et Hingandi monachorum et sacerdotum, et Rodaldi Brohun et Richardi de Ulmo monacho-

(1) Les lieux nommés le Coudray sont fréquents. M. L. Maître, dans son *Dictionnaire topographique de la Mayenne,* identifie *Coriletum* avec le Coudray, hameau de la commune de Fromentières ; mais il est possible qu'il s'agisse ici de la paroisse de Coudray.

rum. De famulis affuerunt Goffridus camerarius, Goffridus de Booenes, Morellus marescallus, Radulfus vicecomes.

Ex parte mea : ego Rainaldus, Petrus Laidet de Chimilliaco, Gosbertus de Salcoigneio, Witernus de Segreio, Silvester de Marens, Warinus frater ejus, Petrus presbiter, Warinus presbiter et alii multi.

Hoc donum feci ego Rainaldus cum balteo meo in manu domni Natalis abbatis.

Postea vero volens ego Rainaldus hoc donum affirmare et auctorisare, veni in capitulum Sancti Nicholai, ibique confirmavi coram omni capitulo omnia praedicta dona ; et, accepto beneficio, donum cum balteo ego et Adelardus, filius meus, posuimus super altare Sancti Nicholai et concessi quicquid acquisierunt in toto fevo meo, absque perda servitii mei.

III. — 1080-1096. — ACTE PAR LEQUEL LISOIS CORVAISIER ET SA FEMME HERSENDE FONT DONATION A L'ABBAYE SAINT-NICOLAS D'UN DROIT DE VINAGE ET RELATENT LE DON FAIT PAR FROMONT DE BEAUCHÊNE, DE LA DIME DU MOULIN DE PENDU. (C. 15, p. 321.)

De vinagio Lisoii apud Azeium et de decima molendini Frotmundi, quae dederunt nobis.

Dominus Jesus Christus, cum potestate magna se orbem judicaturum in fine protestans adfuturum, eumque magis de misericordia quam de severitate increpaturum esse proclamans, in Evangelio ait : « Thesaurate vobis thesauros in coelo », et iterum : « Facite vobis sacculos qui non veterascunt et thesaurum non deficientem in coelis, » et alibi : « Date elemosinam et omnia munda sunt vobis, » et item : « Date et dabitur vobis, » atque alibi : « Quaecumque vultis ut faciant vobis homines, et vos facite eis, » et alibi : « Non peribitis quia peccastis, sed quia peccata vestra elemosinis redimere noluistis. »

Quod ego, Lisoius Corvesarius, sciens quia sicut aqua extinguit ignem ita elemosina extinguit peccatum, et quia elemosina a morte liberat, ne in illo extremo et tremendo judicio reus et immisericors inveniar,

Dedi, cum uxore mea Hersendi, apud Castrumgunterii, in cùria

Aziaci[1], monachis Sancti Nicholai vinagium de vinea quam Otbertus Pellitarius, factus in extremo vitae suae monachus, eis reliquit.

Quam donationem mihi monachi recompensare volentes, die sancto Pentecostes, dederunt mihi et uxori meae et multis aliis amicis meis propter me beneficium Sancti Nicholai in capitulo suo.

E quibus unus Frotmundus, videlicet de Bella Quercu cognominatus, recompensare eis pro posse suo beneficium quod sibi monachi dederant cupiens, dedit eis in molendino suo quod est apud Azeium, in Meduana, in loco qui vocatur Penduz, decimam molturae et piscium et de omnibus quae de molendino ad eum pertinent.

Quod donum ut esset firmius, fecit crastina die Pentecostes venire filium suum Rotbertum qui et ipse accepit in capitulo benefactum cum matre sua jam defuncta.

Et fecerunt donum pater et filius de decima molendini quam diximus domno abbati Natali, in capitulo, cum martirologio et posuerunt super altare Sancti Nicholai cum ipso libro, ubi Lisoius primum posuerat donum vinagii supradicti cum una virga.

Hujus rei sunt testes : Lisoius et uxor sua, Goffridus presbiter, Botellarius, Rainaldus Maindarius, Erardus de Gobils[2] ;

De famulis monachorum : Goffridus ostelarius, Goffridus de Boenens, Goffridus Cosin, Pictavus, Erneisus, Morellus, Girardus coquus, Sorinus et alii plures.

IV. — 1097, 23 février. — NOTICE DU DON FAIT A SAINT-NICOLAS PAR GUÉRIN LE BOITEUX, CURÉ D'AZÉ, AVEC LE CONSENTEMENT DE SES FRÈRES GEOFFROY ET MOREAU, DE TOUT CE QU'IL POSSÉDAIT DANS L'ÉGLISE D'AZÉ, ET DE LA CONFIRMATION DU DON DE CETTE ÉGLISE PAR GARSIAS DU BIGNON. (C. 14 bis, p. 318.)

Notum sit omnibus fidelibus quod Garinus Claudus, presbiter de Azeio, donavit et reliquit Deo et sancto Nicholao et abbati

(1) La justice d'Azé a eu son siège à Château-Gontier jusqu'à sa suppression en 1790.

(2) Goubil, commune de Saint-Michel-de-Feins.

Natali, et postea abbati Lamberto et monachis ejus quicquid habebat in ecclesia Azeii solidum et quietum, scilicet presbiteragium et omnia quae in ecclesia habebat.

Insuper dedit eis terram quae est ante castellum et septem solidos de censu apud Azeium, qui omni anno monachis reddentur.

Hujus ecclesiae concessionem fecit nobis in capitulo nostro Guarsius de Buignone.

Abbas vero Lambertus et monachi concesserunt ei[1] vineas Goffridi Banerii et octo solidos de censu andecavim, tali pacto ut ipse abbati Sancti Nicholai et monachis ejus, quandiu vixerit, serviat et honoret et vineas bene aedifiet, et, quando finierit, remaneant vineae Sancto Nicholao et monachis quittae, et insuper unum arpentum vinearum eis in morte sua donet, aut septem libras ; de quo arpenno conventio est ut ab illo die quo donum istud factum est, usque ad duos annos, ematur et monachis demonstretur, et de eo per unam vitium revestiantur.

Ex hoc autem duo fratres ejus Gauffridus et Morellus sunt plegii istarum rerum.

Donum ab utrisque partibus factum est in capitulo Sancti Nicholai, anno ab Incarnatione Domini millesimo nonagesimo septimo, indictione ejusdem monasterii tertia, anno quo Rotbertus Burgundus et Rainaldus de Castrogunterii Hierusolimam petierunt, feria secunda quadragesimae, praesentibus et concedentibus duobus fratribus Warini, Goffrido et Morello.

Istis testibus : Stephano presbitero, Girardo vicario, Simone fratre suo, Letberto de Ponte, Rainaldo Pellitario de Ponte, Rainaldo, Gosberti prioris sororgio ;

De famulis : Goffrido coquo, Johanne Roiant, Beringerio Torto, Willelmus Conarius, Gaudino Michel, aliisque multis.

Ecclesiam Aziaci, de qua supra diximus, concessit Deo et Sancto Nicholao et abbati Lamberto et omnibus monachis in capitulo Garsias de Buignone, vidente Warino de Azeio canonico, et accepit beneficium ecclesiae Sancti Nicholai et societatem monachorum.

(1) *Ei* se rapporte à Guérin le Boiteux et non à Garsias du Bignon.

Insuper dedit illi Warinus, presbiter de Azeio, pro hac concessione sexaginta solidos et Johannes, medicus monachus noster, triginta.

Et fecit donum abbati cum uno libro quem posuit super altare Sancti Nicholai.

Hoc viderunt et audierunt : David praepositus, Goffridus de Angrahalla, Rainaldus de Sartrino, Letardus, Buterius et alii plures.

V. — Vers 1100. — NOTICE DE DIVERS DONS FAITS A SAINT-NICOLAS PAR FOULQUES DE MATHEFÉLON ET HERSENDE, SA FEMME, POUR L'AME DE GOSSELIN CORVAISIER, FILS D'HERSENDE. (C. 15 bis, p. 322.)

De Fulcone de Matefelon et ejus Hersendi uxore.

Subscribendum est quod Hersendis, uxor Fulconis de Matefelon, quemdam filium nomine Goslenum habebat, quem mirabiliter diligebat. Fulco etiam, licet filius ejus non esset, eum tenerrime amabat. Sed quia mors generi modo nostro parcere nescit, abstulit hunc illis ; cumque in infirmitate qua mortuus est jaceret, monasticum habitum a monachis Sancti Nicholai petiit et accepit laetus, et effectus sic terrea regna reliquit. Quo ad Sanctum Nicholaum deportato, honorificeque sepulturae tradito, cum Fulco materque juvenis de ejus amissione valde dolerent, a monachis consolati pariter et consiliati consolationem acceperunt et quomodo ejus animae succurrere cogitare coeperunt, de rebusque suis monachis dare se statuerunt, ut orationes pro defuncto multiplicarent, atque sua prece Christo pacificarent.

In capitulum igitur monachorum venerunt et sua quisque pro Nicholao dona dederunt. Mater itaque defuncti juvenis fecit prima suum pro nati funere donum, Deoque et Sancto Nicholao ac monachis ejus unam terrae masuram, jam ex parte seminatam, apud Dangeium, cum plasseicio et herbergamento, scilicet domo et rochia, arpennos vinearum ibidem duos donavit, dominoque suo Fulcone cum ea donante, monachis ibi habitantibus ut boscum suum ad reaedificandas domos suas et ad caleficiendum acciperent et porcos suos dominicos in eo a pasnagio quittos

omni tempore haberent concessit, pro natoque suo monachos orare rogavit.

Computat esse bonum se Fulco suum dare donum ; nam pater suus expleturam quamdam, videlicet decimam de Azeio, contra legem ecclesiasticam in vita sua possiderat, ipseque Fulco eam non sine peccato tempore longo tenuerat, pro qua dampnari patrem seseque timebat.

Hanc igitur decimam donavit Fulco Deo et Sancto Nicholao et monachis ejus pro salute animarum patris sui et matris et suae, uxorisque praesentis, proque salute sui Gosleni jam memorati. Vicariam quoque de burgo monachorum de Azeio eis iterum ibi, uxore sua Hersendi supplicante, quittam in perpetuum concessit.

Donata sunt haec omnia absque ullius omnino terrenae cosdumae retinaculo Sancto Nicholao et monachis ejus in perpetuum quitta. Pro dono tali fit conventio talis : monachi namque, pro tantis beneficiis sibi factis, statuerunt, quod Fulco et uxor ejus petierunt, ut duae missae in Sancti Nicholai monasterio usque in finem praesentis saeculi quotidie cantarentur, una pro Gosleni defuncti, patrumque suorum et matrum, defunctorumque omnium pro illorum amore et requietione, et altera pro ipsorum quamdiu viverent pace et salute, ipsisque defunctis pro animarum ipsorum defunctorumque supradictorum repansatione.

Statuerunt etiam ut duo pauperes in elemosina pro ipsis et pro jam dictis defunctis quotidie pascerentur et clericus unus, secundum monachorum ipsorumque consilium, ad Deo serviendum aptus et honestus, in monasterio monachus reciperetur, patrumque suorum et matrum, patrisque Gosleni et ipsius ipsorumque nomina post mortem in eorum martirologio scriberentur.

Hoc etiam petierunt ut in morte sua, cum parte rerum suarum quam vellent, a monachis recipientur et cum honore tumularentur ; quod totum monachi concesserunt et nomina defunctorum scripserunt et quae facienda erant se facturos esse fideliter promiserunt.

Deinde beneficium monachorum et maxime istorum supradictorum Fulco et uxor . . . (*Le feuillet suivant manque*).

VI. — 1096-1118. — NOTICE DE DIVERS DONS FAITS A SAINT-



NICOLAS PAR GEOFFROY DE RALLAY[1], DU CONSENTEMENT DE SA FEMME AGNÈS ET DE SES FILS GUÉRIN ET AIMERY. (C. 14 ter, p. 320.)

De Goffrido de Rareio.

Ad notitiam praesentium et futurorum ne deleat oblivio a cordibus auditorum, quod Goffridus de Rareio dedit et concessit Deo et Sancto Nicholao et monachis ejus, pro salute animae suae et omnium parentum suorum, decimam totam de vineis de Sarilleo, et dimidium arpennum vineae quod prius dederat monachis Otbertus Pellifex, et omnes olchias quas habebat juxta Azeium, et quinque solidos de censu, et, de duobus solidis de censu quos reddebant ei monachi, perdonavit eis duodecim denarios et duodecim propter recognitionem retinuit.

Dedit quoque totam decimam de pane et vino deque vitulo ad opus monachorum de Azeio, et clamavit quittas omnes omnino cosdumas quas antea a monachis exigebat in tota terra sua et in toto fevo suo.

Et concessit praecepitque ut monachi nunquam ulterius vendas aut aliam cosdumam darent in toto fevo suo, et de Grangia[2] quam Morellus, frater ejus, monachis pro anima sua dederat, ut si sua uxor Agnes eam habere vellet, viginti solidos monachis redderet et ad sepulturam ejus alios viginti solidos.

Haec omnia supradicta, scilicet olchias et omnia quae monachis Sancti Nicholai dederat vel concesserat, concesserunt uxor ejus Agnes et filii eorum Verrinus et Aimericus et omnes alii.

Verrinus autem, qui terram illam et honorem de Azeio post mortem patris sui erat possessurus, promisit fidem suam in manu patris sui quam nullam calumpniam, nullam injuriam unquam Sancto Nicholao vel monachis ejus de elemosina ista faceret.

Donum elemosinae istius et perdonatio cosdumarum factum est in manu Lamberti abbatis, libenter concedentibus uxore Agnete et filiis, hoc intersigno quod mater dixit filio suo Werrino :

(1) Commune d'Azé.

(2) La grande et la petite Grange, fermes en Azé, près de Chambresais.

« Fili, noli facere sicut fecit Hamelinus de Ingranda[1], qui elemosinam patris sui injuriavit » ; et filius respondit se nullo modo unquam injuriam monachis de hac elemosina irrogaturum, neque in corde illius istud crimen ascensurum.

Lambertus autem abbas concessit patri et matri et filiis beneficium ecclesiae Sancti Nicholai, et si pater aut aliquis illorum moreretur, in monasterio Sancti Nicholai sepeliretur, et pater in martirologio scriberetur, et quod de monacho faciendum esset, de eo perficeretur.

Hujus rei testes sunt isti : Johannes, medicus et monachus, Mauricius monachus frater Savarici monachi, Rotbertus de Puzaugiis monachus, Martinus monachus, Bernerius monachus, Remigius presbiter, Michael camerarius abbatis, Beringerius Agazo marescallus.

Post haec monachilem habitum petiit et apud Sanctum Nicholaum, accepto habitu, portatus aliquantis diebus vixit. Tandem vero mortuus, a monachis sepultus est et monachus inter monachos tumulatus est, et in martirologio scriptus est.

Ad quam sepulturam fuerunt Agnes uxor sua et filius eorum Gerrinus.

VII. — 1102-1118. — CHARTE DE RENAUD DE MARTIGNÉ, ÉVÊQUE D'ANGERS, CONSTATANT LES DONATIONS FAITES A SAINT-NICOLAS PAR GEOFFROY DE RALLAY, DU CONSENTEMENT DE SA FEMME ET DE SES FILS. (B. 51, p. 178.)

Raginaldus, Dei gratia Andegavorum episcopus, omnibus tam praesentibus quam futuris fidelibus, in Christo salutem.

Quoniam vetustate temporis hominum gesta solent aboleri et oblivioni tradi, illustrium virorum praecedentium solertia scripti seriei judicavit ea commendari.

Qua de re Goffridus de Rareio, praesentiam nostram adiens, donum quod ecclesiae Sancti Nicholai Andegavensis contulerat, humili postulatione sigilli nostri munimine corroborari petiit.

Cujus piam petitionem et religiosum votum ut comprehendimus ex visceribus caritatis emanasse, ejus affectuosae voluntati

(1) Ingrandes, château dans la commune d'Azé. A la fin du XV[e] siècle, le fief d'Ingrandes fut réuni à la seigneurie d'Azé pour former une châtellenie.

non defuimus et, ne irritum duceretur, nostri munimenti robore fulto tradere curavimus, posteris significando quod dictus Goffridus de Rareio dedit sanctissimo Nicholao et monachis ejus, pro salute animae suae et parentum suorum, totam decimam de vineis de Sarilleio et dimidium arpennum vineae quod prius dederat monachis Orbertus Pellifex, et omnes olchias quas habebat juxta Azeium, et quinque solidos de censu ; et, de duobus solidis de censu quos debebant ei monachi, duodecim denarios monachis dedit et duodecim sibi retinuit.

Dedit insuper monachis de Azeio totam decimam panis et vini de tuenitulo[1] ; et omnes cosdumas super quarum redibicione vexabantur monachi in tota terra sua et fevo, praefatae ecclesiae, omni calumpnia postposita, libere et quiete dedit et concessit.

Praeterea concessit ut quidquid monachi in tota terra sua et fevo, quoquomodo vel emptione vel dono, possent sibi adquirere, in ipsorum possessionem libere liceat transire.

Hoc donum factum est et confirmatum in praesentia nostra et domni Lamberti, ecclesiae Sancti Nicholai Andegavensis abbatis, Agnete praefati Goffridi uxore et filiis ejus Verrino et Aimerico concedentibus.

Hujus rei testes sunt : Johannes medicus, Mauricius, Robertus de Puzaugiis, Martinus, Bernerius, monachi, Remigius presbiter, Michael camerarius abbatis, Beringerius mariscallus. *Et sigillatum.*

VIII. — 1102-1118, Angers. — NOTICE DE L'ACCORD INTERVENU EN PRÉSENCE DE L'ÉVÊQUE RENAUD DE MARTIGNÉ, ENTRE SAINT-NICOLAS ET HUGUES DE MATHEFÉLON, RELATIVEMENT AUX DÎMES D'AZÉ. (C. 16 bis, p. 329.)

De Hugone, filio Fulconis domini de Matefelon.

Universis fidelibus notum sit quod Hugo de Matefelon abstulit nobis multis diebus decimam de Azeio quam pater suus Fulco nobis, Sancti Nicholai monachis, quando Iherusolimam perrexit, dederat, et pro qua mille et centum solidos a nobis acceperat, quam etiam ipse Hugo in capitulo nostro concesserat et ibidem

(1) Il faut sans doute lire : *deque vitulo.* (Voir la charte précédente.)

de hac concessione tenenda fidem suam in manu Marbodi episcopi[1] et eadem die in ecclesia Sancti Mauricii ante altare Sancti Renati in manu Goffridi episcopi[2] promiserat.

Ob quam rem abbas Lambertus et monachi multociens eum in Andecavensi et Cenomannensi dioecesi excommunicari fecerant.

Tandem autem in curiam episcopi Andegavensis, nomine Rainaldi, venire compulsus, primum primicias de Azeio Deo et Sancto Nicholao et nobis, sine retinaculo, in perpetuum quittas clamavit, scilicet de agno, de porco, de vitulo, de lana, de lino et de omnibus rebus quae de praemitiis exire solent.

Deinde medietatem decimae supradictae in praesenti nobis reddidit, tali pacto quod quando pater suus de Jherusalem reverteretur, si nobis totam decimam reddere voluerit, solutam et quittam illam habeamus; si vero mortuus fuerit antequam redeat, et nos medietate decimae contempti fuerimus, solutam et quittam in perpetuum; si vero de ea et de aliis dampnis quae nobis idem Hugo causa quaerendae justitiae fecerat, cum eo placitare voluerimus, Hugo libenter ad judicium in curia episcopi Andecavensis veniet, et si judicium totam decimam nobis dederit, quittam eam in aeternum possideamus.

Convenentia autem est ut hoc totum uxorem suam concedere faciat.

De hac conventione fideliter tenenda promisit idem Hugo fidem suam in manu Rainaldi episcopi in camera sua Andecavis;

Istis testibus, de monachis : Lamberto abbate, Gosberto priore, Ingelbaudo, Canuto, Arraudo ;

De clericis : Alberico, decano sancti Mauricii, Warnerio, Willelmo archidiaconibus, Goffrido filio Hugonis thesaurio, Suardo canonico, Willelmo Musca canonico ;

De canonicis sancti Laudi : Goffrido Caipha, Warino de Azeio, Goffrido de Restinneo ;

De laicis : Rorigone de Brieuzon, Rorigone de Saceio, Goffrido de Rareio, Hugone de Pratellis[3], Matheo de Saceio, Pagano Boue,

(1) Marbod, évêque de Rennes, 1098 † 1123.

(2) Geoffroy de Mayenne, évêque d'Angers, 1093-1101, prédécesseur de Renaud de Martigné.

(3) Préaux, canton de Grez-en-Bouère.



Gosleno de Monte Elbert, Pictavino praeside nostro et multis aliis.

IX. — 1118-1124. — NOTICE DE LA RENONCIATION PAR GARSIAS DU BIGNON A LA NOMINATION DU CURÉ D'AZÉ, EN PRÉSENCE DE RENAUD DE MARTIGNÉ. (C. 13 bis, p. 316.)

De Garsia de Bugnone et de presbiteratu quae[1] *calumpniabat.*

Propter utilitatem et observationem pacis, scripto tradere censuimus tam futuris quam praesentibus sanctae Dei ecclesiae fidelibus,

Quod super presbiteratu ecclesiae Sancti Saturnini de Azeio inter monachos Sancti Nicholai et Garsiam de Bugnio orta est contentio haec, videlicet quod Garsias dicebat suum esse eligere et ponere sacerdotem in ecclesia Sancti Saturnini et ita habuisse antecessores suos.

E contra domnus abbas Johannes et monachi Sancti Nicholai, testium viva voce et scripto, presbiteragium, quod vulgo nominatur vindragium, suum esse dicebant, ita scilicet ut quem vellent ibi ponerent presbiterum duntaxat legitimum, et sic ecclesiam Beati Nicholai annis sexaginta vel eo amplius tenuisse.

Tandem interveniente spiritu concordiae pacificati sunt, Garsia dimittente et concedente domno Johanni abbati et monachis Sancti Nicholai eidem ecclesiae servientibus ac servituris presbiteragium in elemosina.

Et hoc factum est in praesentia domni Rainaldi, Andecavorum episcopi.

Similiter et hanc calumpniam, seu nulla seu aliqua esset, dimiserunt et concesserunt Deo et Sancto Nicholao duo fratres Garsiae, Guiternus et Rainaldus, et Folchoramnus filius ejus postea, in capitulo Sancti Nicholai.

Testibus hiis : Rainaldo episcopo, Johanne abbate, Petro Sancti Sergii abbate cum duobus monachis suis Godefredo et Johanne, Widone de Daona[2] tunc priore nostro, Walterio de Azeio monacho, Rotberto de Azeio monacho, Rotberto de Bizaio monacho, Hugone de Chimilliaco priore de Genestil, Gosleno de Aleneio

(1) *Sic*, pour *quem*.
(2) Daon, commune du canton de Bierné.

monacho, Rainaldo Guasconio monacho, Goffrido de Engreia Sancti Mauricii tunc decano, Ulgerio et Richardo archidiaconis, Graffione canonico, Wiberto canonico, Hugone de Matefelon, Goffrido Lostoir, Gaudin de Sereniis, Goffrido filio Guarini, Witone de Super Pontem, Adelelmo Bilione, Johanne monacho, Adelardo de Brionello, Rainaldo de Sartrino, Goffrido de Angrahala et aliis multis.

Porro pro hac re habuit Garsias ab abbate in caritate tres centum solidos et unum psalterium, ut semper stabilis et firma sit haec concessio et relictio a se haeredibusque suis omnibus.

X. — 1120, 28 mai, Angers. — CHARTE PAR LAQUELLE RENAUD DE MARTIGNÉ, ÉVÊQUE D'ANGERS, AVANT SON DÉPART POUR JÉRUSALEM, AUTORISE L'ABBÉ DE SAINT-NICOLAS A ÉTABLIR DOUZE MOINES DANS L'AUMONERIE DU GENÉTEIL. (C. 10, p. 309.)

Concessio domni Rainaldi, episcopi, de Genestuil.

In nomine Sanctae et Individuae Trinitatis.

Ego Rainaldus, Dei gratia Andegavorum humilis episcopus, tam praesentis quam futuri temporis hominibus notum esse desidero,

Quod, cum pararem visitare sanctam civitatem Christi Hierusalem, et circa discessum meum, ad ecclesiam Sancti Nicholai, causa postulandi patrocinium pii Confessoris et beneficium fratrum nostrorum monachorum ibi Deo famulantium, venirem, suscepto beneficio a fratribus in capitulo, ipsi supplicaverunt mihi, orantes ut sibi concederem quamdam elemosinariam domum quae aliquantulo temporis ante constituta erat infra metas parrochiae Azei, quae parrochia eorum erat, in vico Genesteil, ad faciendam de domo illa ecclesiam in qua monachi Deo deservirent assidue.

Itaque ego, inclinatus eorum precibus, concessi illis postulata in quantum ad me pertinebat, salvo jure parrochiae ecclesiae, annuente Ulgerio, archidiacono meo, et Radulfo archipresbitero ;

Ea tamen conditione ut, cum ecclesiae illius possessio posset pati ab abbate et a conventu Sancti Nicholai, duodecim monachi ibi constituerentur qui claustralem ordinem ibi servarent.

Et textu Evangeliorum quo me investierant de suo beneficio,

investivi eos ego monachos de hoc dono. Monachi vero benigne hoc suscipientes promiserunt et firmiter stabilierunt ut pro salute animae meae et parentum meorum, et ut Deus sanum et incolumem me et meum comitatum duceret et reduceret, unum monachum sacerdotem, quasi haereditario jure, per successionem facerent, qui specialius aliis et cum aliis pro me et universo comitatu meo oraret et Deo sacrificaret.

Acta sunt haec omnia in capitulum Sancti Nicholai, sexta feria prima post Ascensionem Domini, anno ab Incarnatione Domini millesimo centesimo vigesimo.

Videntibus et audientibus venerabilibus personis quae cum domino episcopo aderant, istis scilicet : Normanno Sancti Mauricii decano, Ulgerio archidiacono et magistro scolarum Sancti Mauricii, Willelmo archidiacono, Radulfo archipresbitero, Witberto, Willelmo Ficeum Camilliacensi decano, Otberto de Balne, Petro Fulberti filio, Rainaldo capellano Sancti Nicholai, Mathaeo capellano Sancti Laurentii de Morteriis ;

De laicis : Pipino thelonneario, Johanne homine Guarini Burgevini, Rainaldo de Sartrino et Pictavino secretario, famulis nostris ;

De monachis vero : Lambertus qui episcopum cum textu de beneficio supradicto investivit, Gosberto, Walterio de Azeio, Warino, Hingando subpriore, qui tunc capitulo praesidebat, et omni capitulo.

Et ut res ista majorem consequeretur firmitudinem, sub praesentis scripti testimonio hoc confirmavi, quod et sigillo meo feci sigillari, et cui Signum Crucis ego propria manu impressi et Ulgerius archidiaconus.

XI. — 1121, v. s., 29 janvier[1]. — NOTICE RELATANT : 1° UNE SENTENCE DU PAPE CALIXTE II, ANNULANT LA CESSION PAR LES HOSPITALIERS DU GENÉTEIL, DE LEUR AUMONERIE, A L'ABBAYE DE SAVIGNY ; 2° UN ACCORD PAR LEQUEL LES HOSPITALIERS ABANDONNENT CETTE AUMONERIE A SAINT-NICOLAS POUR Y METTRE DOUZE RELIGIEUX DONT QUATRE FRÈRES LAIS. (C. 9, p. 305, d'après le Cartulaire de Saint-Nicolas, folio 133.)

(1) Cette pièce est bien datée d'après le style de Pâques, car c'est en 1122 que le 29 janvier a été un dimanche.

De fraternitate quae est apud Azeium in Genesteio.

Habet sanctae Dei Ecclesiae ratio, ut quae fiunt ei dona a fidelibus, ne oblivionis caligine perturbentur, scriptorum notitia ad posteros usque perferantur.

Propterea memoriae litterarum tradendum duximus quod Confratres elemosinariae domus quae est in Azeio, in parrochia Sancti Saturnini, quae juris est Sancti Nicolai, dederunt domno Vitali[1] abbati et monachis ejus hanc domum in habitationem monachorum.

Quod cum audissent monachi Sancti Nicholai clamaverunt ad episcopum, deinde ad dominum papam Calixtum. Porro, definiti judicii sententia, donum quod factum erat domno Vitali et monachis suis irritum remansit.

Et hoc in praesentia domni Calixti papae factum est, praesentibus domno Petro Leonis, Rainaldo episcopo Andegavense, Ulgerio et Willelmo archidiaconibus, Johanne abbate Sancti Nicolai, Gauffrido abbate Sanctae Trinitatis Vindocinensis, Fulcone comite, Adelardo de Castrogunterii.

Tandem Spiritus Sancti interveniente consilio, placuit eisdem Confratribus ut supradictam domum elemosinariam, cum omnibus ad eam pertinentibus, Deo et ecclesiae Beati Nicholai Andecavis donarent;

Eo pacto et ea consideratione ut usque ad tempus ex utraque parte rationabiliter et caritative, omni quidem dolositate remota, constitutum, duodecim ibidem collocarentur monachi, ex quibus octo essent sacerdotes et quatuor laici; et ibi quotidie cantaretur una missa pro Fratribus vivis et defunctis et infra quadragesimam cantaret unusquisque quatuor missas; et quando aliquis Fratrum infirmatus fuerit, nuntiabitur priori et ipse visitabit eum et, si opus fuerit, inunget eum. Quando autem obierit, ibunt ad eum humandum monachi cum cereis suis et infra trigenta dies cantabit unusquisque monachorum duosdecim missas et totidem vigilias; sacerdotes vero cantabunt pro laicis; anniversaria Confratrum fient.

Hanc eamdem convenientiam facient Confratres monachis; et

(1) Saint Vital, abbé de Savigny.



si aliquis illorum duodecim pro infirmitate sua ad abbatiam ibit et ex illa infirmitate moriatur, habebit totum suum servitium. Pro abbate Sancti Nicholai facient sicut pro uno illorum duodecim et ipse pro illis confessionibus eorum intererit prior.

Porro de collato Confratrum beneficio, pascentur quatuordecim pauperes, residuum monachis dabitur. Omnes sua debita reddent monachis sicut ante solebant reddere elemosinae [1]. Omnes monachi Sancti Nicholai sunt in benefacto eorum et ipsi omnes in benefacto monachorum.

Omnia quae veniebant ad abbatiam de Parrenaio [2], Gepna [3], Azeio, illis duodecim dabuntur [4]. Si dominus abbas aliquem voluerit inde removere, alius substituetur et Confratribus ostendetur.

Facta sunt haec in aula domini Adelardi prius et postea perfecta in capella Sancti Justi in capitulo Confratrum et ibi reddidit et dedit domnus Adelardus terram de Raoleria [5] et decimam.

Et idem concessit ei domnus abbas Johannes et alii monachi se facturos pro eo quantum pro suo abbate.

Concessit etiam nobis quod, si feria ibi fieret, medietatem haberent monachi inde et quicquid in suo fevo cum consilio suo possemus adquirere.

Acta sunt haec anno a Passione Domini millesimo centesimo vigesimo primo, die dominica quarto kalendas februarii.

Huic dono affuerunt Johannes abbas, Mauricius prior, Goffridus de Chamilliaco, Vido laico, Tetbaldus Cosin, Walterius de Azeio, Goffridus Leberti et alii plures monachi.

De militibus : Adelardus de Castrogunterii et Osathildis [6] uxor ejus, quatuor canonici Sancti Justi, id est : Goffridus Botellarius, Rainaldus Sicardus, Widulfus de Barella, Rotbertus Chaegnun, istis quatuor omnes alii obediunt ; item Rotbertus, presbiter de

(1) Il faut probablement lire : *elemosinariis.*

(2) Parné, paroisse de Saint-Aignan-de-Gennes.

(3) Gennes, commune limitrophe d'Azé.

(4) Le texte porte à tort : *dabitur.*

(5) Les Rouillères, commune de Peuton.

(6) Mathildis.

Sancto Johanne, Warinus Dibon, Hugo de Agponniaco [1], Martinus de Harella [2] et isti quatuor concordantes cum quatuor canonicis; item Willelmus Barratus, Goffridus Barratus, Widulfus de Chamazeio [3], Herbertus vicarius, Barbas de Sancto Johanne, Radulfus de Gre [4], Walterius de Ductu Salvagii [5], Milo de Chantelo [6], Hugo filius Grosse, Johannes filius Litterii, Adelardus Divius et alii multi.

De famulis vero: Rainaldus de Sartrino, Radulfus filius Rainaldi, Rainaldus Cosin, Tisun, Paganus filius Michaelis Chalopin, Rotbertus Bisai, Radulfus clericus, nepos Rotberti de Azeio, Goaut, Warinus Roella, aliique plures.

Postea statuerunt Confratres ut pars eorum veniret in capitulum Sancti Nicholai ad confirmandum hoc ex utraque parte. Igitur venerunt in capitulum Sancti Nicholai ad indictum et confirmaverunt totam convenientiam et receperunt beneficium pro se et pro omnibus aliis, et concesserunt monachis ex sua parte et omnium qui aberant.

Huic confirmationi affuerunt dominus abbas Johannes et totum capitulum, Adelardus dominus Castrigunterii, Herbertus vicarius, Willelmus Barre, Guidulphus de Chamazeio, Willelmus de Valle, Rainaldus filius Hilberguris, Herbertus Bigot, Willelmus de Fano, Radulfus de Gre et frater ejus Rainaldus, Mauricius de Corzeio, Fulcoius Bomerus et alii plures.

Ex famulis: Rainaldus de Sartrino, Radulfus filius Rainardi, Odo Anglicus, magnus Goffridus de Angrahalla.

XII. — 1118-1125. — GARSIAS DU BIGNON, DU CONSENTEMENT DE SON FILS RAOUL ET DE SON FRÈRE GUITERNE, ABANDONNE A SAINT-NICOLAS TOUS SES DROITS SUR L'AUMONERIE DU GENÉTEIL ET L'ÉGLISE D'AZÉ, ET AUTORISE LES MOINES A CONSTRUIRE UNE ÉGLISE AU GENÉTEIL. (C. 13, p. 314.)

(1) Ampoigné, commune du canton de Château-Gontier.
(2) Une rue de Château-Gontier porte encore le nom de rue de la Harelle.
(3) Chemazé, commune voisine de Château-Gontier.
(4) Grez-en-Bouère.
(5) Le Douet-Sauvage, fief, commune de Bierné.
(6) Chanteloup. — Plusieurs fermes portent ce nom dans les environs.

Concessio Garsiae de Bugnone quam concessit de Genestil et Azeio.

Notum facimus tam praesentibus quam futuris Garsiam de Bugnone concessisse nobis elemosinariam domum quae est in Genestolio in parrochia Sancti Saturnini de Azeio cum omnibus ad eam pertinentibus de fevo suo et quicquid tam ipse quam antecessores sui nobis dederunt seu concesserunt, scilicet ecclesiam Sancti Saturnini de Azeio et presbiteragium et quidquid Garinus de Azeio fevaliter quidem, non jure sacerdotii, de eo tenuerat in eadem ecclesia, id est unum annonae modium.

Concessit etiam ut monachi aedificarent ecclesiam in Genestolio, salvo jure matris ecclesiae.

Et ut hoc majorem firmitatem haberet, osculatus est domnum Johannem abbatem ipse et filius ejus Radulfus et de hac concessione librum quendam super altare posuerunt.

Hoc vidit et audivit et concessit Guiternus frater Garsiae.

Hoc autem vidit Herbertus de Cortillis [1] qui cum eis erat.

Ex parte monachorum : Johannes abbas, totumque capitulum, Ricardus de Valle, Radulfus de Gre, Normandus Pochin, Goffridus de Sance [2], Petrus Mozel, Paganus Burgundus, Walterius faber, Bernardus Tortus, Goffridus de Angrahalla, Rainaldus de Sartrino, Willelmus de Baugiaco, Radulfus Renardi, Oddo Anglicus, Blancardus, frater Holeti, et alii plures.

XIII. — 1118-1136. — DONATION AU GENÉTEIL D'UN COURTIL, PAR LOUISE, VEUVE DE PAYEN DE TROUVÉE [3], ET CONFIRMATION DE CE DON PAR SON FILS QUI ÉTAIT MALADE. (C. 20, p. 339, d'après le Cartulaire de Saint-Nicolas, folio 156.)

Mulier quaedam de Castrogunterii, Ludovica vocata, Dei Omnipotentis inspiratione collustrata, sub domni Johannis abbatis tempore, Herberto de Monte Johannis in obedientia Genestolii

(1) Le Courtil, commune d'Argentré. (L. Maître, *Dictionnaire topographique de la Mayenne.*)

(2) Fief, commune de Coudray.

(3) Le domaine de Trouée ou Trouvée était situé non loin du Genéteil, en remontant la rive gauche de la Mayenne. La rue Trouvée qui y conduisait existe encore dans le faubourg d'Azé. (Voir la charte XXXI ci-après.)

priore, tam Deo quam Beatae semper Virgini Mariae, sanctoque Nicholao ac monachis ejus curtile quoddam sub eadem obedientia positum, pro patris ac matris atque Pagani de Troieia, viri sui jam defuncti, simulque sui ipsius ac filiorum, seu caeterorum omnium amicorum suorum vivorum atque defunctorum salute, ad opus supradictae Genestolii obedientiae in helemosina tribuit.

Ipsum itaque locum atque priorem Herbertum, coram pluribus qui pro hoc ipso convenerant hominibus, in domo sua, de jam dicta helemosina saisivit atque revestivit.

Testes sunt isti : Herbertus prior, Radulfus monachus qui fuit de Nuchariis [1], Paganus Fauterii, Paganus Lucas, ambo presbiteri, Hugo Pilusguine clericus noster, Guinebertus clericus, Galterius noster famulus, Bodardus, Herveus Bilien, Radulfus faber, laici.

Filius autem ejusdem Ludovicae, coram omnibus supradictis testibus, hoc ipsum concessit donum non multo post, cum infirmitatis suae causa domnum abbatem Andegavis expetivisset Johannem.

In nostrum veniens ipsa capitulum, donum quod Genestolio fecerat, in ejusdem manibus cum libro capituli in ipso capitulo fecit, idemque donum cum eodem libro super Beati Nicholai altare posuit.

Testibus istis : abbate Johanne, Tobaldo priore, Johanne secretario, Petro elemosinario, totoque capitulo ; ipsa Ludovica, Otgerio de Mailleio, Juliana uxore ejus, Brunone laico.

XIV. — Après 1121. — NOTICE RELATANT L'ABANDON PAR LES CHANOINES DE SAINT-JUST DE CHATEAU-GONTIER DE LEURS DROITS SUR DES DÉPENDANCES DE L'ANCIENNE AUMONERIE ET SUR LES BIENS DONNÉS A SAINT-NICOLAS PAR ROBERT « DE STOERIIS » ET LOUISE, FEMME DE PAYEN DE TROUVÉE, SOUS CONDITION DU PAIEMENT D'UN CENS DE SEIZE DENIERS. (C. 20 bis, p. 340, d'après le Cartulaire de Saint-Nicolas, folio 156.)

Quoniam sancta Dei ecclesia hanc habet consuetudinem ut non

(1) Noirieux, en Saint-Laurent-des-Mortiers.

possit recte aliquid de jure alterius ecclesiae absque assensu illius accipere, ideo volumus ut successoribus nostris sit manifestum,

Quod venerabiles canonici ecclesiae Beati Justi martiris concesserunt nobis, monachis Sancti Nicholai ecclesiam Beatae Mariae semperque Virginis servientibus, quod cum helemosinaria domo susceperamus, atque illud quod Robertus de Stoeriis et Ludovica, uxor Pagani de Troeia, nobis in helemosina donaverant.

Tali videlicet conditione facta est haec concessio, ut octo denárii de censu, qui annuatim reddebantur illis, duplicentur, et de istis hortis in Nativitate sancti Johannis Baptistae sexdecim de censu reddantur.

Facta est haec concessio ante altare sancti martiris ab istis venerabilibus canonicis, qui, ut haec concessio firmius corroboretur, omnes hoc Signaculum Dominicae Crucis propriis manibus impresserunt et cum uno libro Hugonem, nostrum monachum, investierunt.

Hujus rei sunt testes isti : Hugo monachus et caeteri.

Nos vero dedimus viginti solidos in caritate.

XV. — Après 1121 [1]. — NOTICE RELATANT QU'ANDRÉ BÉRANGER SE DONNA AU GENÉTEIL AVEC DES TERRAINS ET SIX ARPENTS ET DEMI DE TERRE ET DE VIGNE, A CONDITION D'ÊTRE HABILLÉ ET NOURRI PAR LES MOINES. (C. 20 ter, p. 341, d'après le Cartulaire de Saint-Nicolas, folio 157.)

Futuris atque praesentibus monachis Sancti Nicolai sit manifestum quod Andreas Beringerii, Brugelli filiaster, dedit semet ipsum nobis monachis et ecclesiam Beatae Mariae servientibus semper Virginis, cum quadam parte rerum suarum, videlicet cum plateis suis de Genestolio et cum quinque arpennis terrae et dimidio, quos ille de Pagano Maresio et de Reginaldo Guihonoci filio et de Guidone Alneu et de Galbruno de Raleio tenebat, et uno arpenno vineae.

Cum ista parte rerum suarum dedit semet ipsum Deo et Sancto

(1) Ce document suit immédiatement le précédent au Cartulaire de Saint-Nicolas et constate la présence du même témoin.

Nicholao et nobis, tali videlicet consideratione ut quandiu in laicali habitu esse placuerit, a nobis vestietur honorifice sicut vestiri debet et quasi unus ex monachis pascetur, et, quando monachus esse fieri voluerit, de nostro vestietur.

Res vero istas supra memoratas dedit Deo, et sancto ejus confessori Nicholao, et nobis monachis suis, pro anima sua et pro animabus patris et matris suae et omnium parentum suorum.

Et cum missale donum super altare posuit sanctae Mariae et cum propria manu hoc Signum Sanctae Crucis Dominicae ad corroborandum donum impressit et nos omnes osculavit.

Ad hoc donum faciendum interfuerunt isti : Hugo monachus.

XVI. — 1120-1125. — GEOFFROY LOSTUR DONNE A SAINT-NICOLAS TOUT CE QUE L'AUMONIER DU GENÉTEIL POSSÉDAIT DANS SON FIEF, ET SON FILS PHILIPPE CONFIRME CET ABANDON. (C. 20 quater, p. 342, d'après le Cartulaire de Saint-Nicolas, folio 157.)

Sciant tam praesentes quam futuri ecclesiae Beati Nicholai filii quod Goffridus cognominatus Lostur dedit et concessit nobis monachis Sancti Nicholai omnia quaecumque elemosinarius in toto fevo tenebat et possidebat.

Post multum vero temporis, Philippus filius ejus, cognomine patris sui Losturis dictus, donum patris sui concessit in manu Tebaldi prioris, donum portans super altare Beatae Mariae de Genestel.

Videntibus et audientibus istis : Tebaudo priore de abbatia, Herberto priore de Azeio, Galterio, Alordando, Radulfo fabro, Johanne furganna, Hildeberto, hominibus nostris.

Et de parte ejus Natale camberario.

XVII. — 1125-1136. — CHIROGRAPHE ENTRE LES MOINES DU GENÉTEIL ET ALARD III DE CHATEAU-GONTIER, PAR LEQUEL ALARD LEUR DONNE LA MOITIÉ DES PROFITS D'UNE FOIRE ET DU DROIT COUTUMIER A EXIGER DE CEUX QUI VIENDRONT HABITER LE FUTUR BOURG DU GENÉTEIL [1], ET S'ENGAGE A CONSTRUIRE UN FOUR PAR MOITIÉ AVEC LES MOINES. (C. 12, p. 313.)

(1) Aujourd'hui le faubourg d'Azé.

Cirographum inter monachos de Genestil et Adelardum. dominum de Castellogunterii.

In nomine Sanctae et Individuae Trinitatis.

Ego Adelardus, dominus de Castellogunterii, dono Deo et Sanctae Mariae et Beato Nicholao ejusque monachis, pro anima mea et animabus parentum omnium meorum, in elemosina, apud idem castrum meum ad Genestil, scilicet medietatem omnium cosdumarum videlicet de feria, si ibidem advenerit, et de omnibus aliis quibus acciderint, cosdumae omnium hominum qui in terra elemosinarie, in burgo scilicet, ad burgum construendum et aedificandum, habitabunt, undecumque advenerint, excepto hoc quod homines mei castelli non nisi meo consilio ibi habitabunt.

Alteram vero medietatem mihimet ipsi retineo.

Porro omnem capitalem censum et omnes vendas harearum ubi aedificabuntur domus illorum qui ibi habitabunt, et bianium eorum ad prata sua et segetes sine participatione ad integrum monachi habebunt.

Sane si post primam venditionem contigerit ut domus aliqua illarum relicta ab habitatore suo fuerit, seu morte interveniente sine haerede, seu alia qualibet causa, et iterum domus illa a monachis vendenda et tradenda fuerit alteri habitatori, de vendis medietas domini Adelardi erit et medietas monachorum.

Redditis autem his supradictis cosdumis, ab omnibus aliis causis et querelis soluti et quieti erunt homines ibi habitantes.

Porro furni semper medietatem ego faciam et medietatem recipiam ; ipsi vero alteram facient medietatem et recipient medietatem.

Testibus his : ex parte Sancti Nicolai, domno abbate Johanne, Guidone priore, Hugone priore de Genestil, Gualterio monacho, et aliis multis monachorum, clericorum et laicorum.

Ex parte vero domini Adelardi : ipso Adelardo cum omni familia sua, Radulfo de Gre et multis aliis [1].

XVIII. — 1125-1136. — ACTE D'ULGER, ÉVÊQUE D'ANGERS, CONFIRMANT A SAINT-NICOLAS LA POSSESSION DE L'AUMONERIE DU

(1) Cette charte ne peut être attribuée qu'à Alard III, parce que son *fils* Renaud confirmera la donation qu'elle contient. (Voir n° XXI.)

GENÉTEIL ET RAPPELANT L'INVESTITURE DONNÉE A L'ABBÉ JEAN PAR L'ÉVÊQUE RENAUD. (A. 1, p. 1.)

Eorum quae litteris commendantur facile posterorum memoria recordatur.

Quamobrem ego, Ulgerius, Dei gratia Andegavorum episcopus, huic scripto mandare curavi, quatinus domum elemosinae de Genestolio perpetuo jure tenendam monachis Sancti Nicholai confirmavi, quam videlicet domum venerabilis antecessor noster, Raginaldus episcopus, eis assensu Confratrum ejusdem domus donaverat; et coram totius capituli aspectu, et me praesente, abbatem Johannem cum textu Evangeliorum eadem domo investiverat.

Si quis autem huic nostrae concessioni contraire praesumpserit, sciat se iram Dei Omnipotentis incurrisse et nostrae potestati non minimum derogasse.

XIX. — 1125-1133. — NOTICE D'UN ACCORD ENTRE LES MOINES DE SAINT-NICOLAS ET LE CURÉ D'AZÉ, AU SUJET DU PRODUIT DE L'ÉGLISE DU GENÉTEIL, ALORS INACHEVÉE. (C. 4, p. 298, d'après le Cartulaire de Saint-Nicolas, folio 188.)

Notum sit tam praesentibus quam futuris quia querela quae inter monachos Sancti Nicholai et Paganum, sacerdotem de Azeio, fuerat super ecclesia Beatae Mariae de Genestolio, tali modo finita est:

Dimidium beneficiorum eorum quae ad ecclesiam venient, habebit presbiter de Azeio, exceptis his festivitatibus quibus parochiani ad suam matrem ecclesiam venient, Natali scilicet Domini, Epiphania, Purificatione Beatae Mariae, capite jejuniorum [1].

In Ramis vero Palmarum ad processionem utrinque venient et, adorata Cruce, ad suam unusquisque redeat ecclesiam.

Parasceve autem Domini et in Pascha, Ascensione, Pentecostem, festivitate Omnium Sanctorum et Sancti Saturnini, ad matrem ecclesiam similiter convenient, ac postquam inibi missa parrochialis percelebrata fuerit, quicumque missam ad Sanctam

(1) Mercredi des Cendres.

Mariam cantet, habebunt medietatem offerendae monachi et presbiter aliam medietatem.

Dimissiones itidem quae monachis dimittentur suae erunt et dimissiones presbiteri suae nichilominus erunt. Dimissiones vero ecclesiae ad ecclesiam erunt, donec ipsa peracta sit ecclesia, qua peracta inter monachos et presbiterum per medium dividantur.

Actum est autem in praesentia domni Ulgerii, Andecavorum episcopi, ipso concedente, et Richardo archidiacono ac Radulfo de Buris et Girardo decano concedentibus, domno Petro Sancti Sergii abbate, Mauricio Sancti Nicholai priore, Hugone supradictae ecclesiae priore, Raginaldo de Tirone, Radulfo de Nucariis, Rainaldo de Sartrino, Fulcoio Piguena, testibus.

De militibus vero : Philippo de Salcoigneio, Goffrido de Salcoigneio, Algerio de Marrigneio, Adelardo de Frumentariis, aliisque pluribus.

XX. — 1130-1135. — NOTICE D'UNE SENTENCE RENDUE PAR ULGER, ÉVÊQUE D'ANGERS, ENTRE SAINT-NICOLAS, RAOUL DE BURES ET PAYEN FAUTIER, CURÉ D'AZÉ, AU SUJET DES OBLATIONS DES ROGATIONS ET DE LA CHANDELEUR. (C. 2, p. 293, d'après le Cartulaire de Saint-Nicolas, folio 128, v°.)

Tempore Ulgerii episcopi, volebat Radulfus de Buris, cui abbas Johannes dederat ecclesiam Aziaci, et presbiter suus Paganus Falterius auferre monachis offerendam Rogationum, dicentes eam suam esse debere et non monachorum.

Qua ex re in curiam episcopi venerunt, ibique recitatis causis et rationibus ex parte utraque, dixit episcopus se totum mittere in vero dicto trium legalium sacerdotum, quod et ipsi concesserunt; et elegerunt tres presbiteros legales et qui rem bene noverant et verum inde dicerent, videlicet : Beringerium filium Molendinarii, Warinum filium Beloiae, Willelmum filium Radulfi Fabri, quos conjuravit episcopus per sanctum Mauricium ut veritatem inde dicerent.

Qui paululum ab aliis segregati, simulque loquuti et consiliati, tandem reversi sunt, et dixit Beringerius, pro se et pro aliis loquens quod praesto esset probare sicut curia accordaret, se

vidisse monachos de Azeio totam offerendam in Rogationibus accepisse et quinque partes sibi retinuisse et presbitero sextam dedidisse.

His ita finitis, surrexit Richardus archidiaconus et eosdem praesbiteros similiter conjuravit per sanctum Mauricium ut de Purificatione Sanctae Mariae verum dicerent.

Tunc Warinus, pro se et pro aliis, dixit et probare se obtulit quod triginta annis viderit inter monachos et Warinum medietatem de illo festo habere et Orricum Cignulum aliam medietatem.

His interfuere ipse episcopus et Gosfridus decanus, Richardus archidiaconus, Tetbaldus tesaurarius, Radulfus de Buris, Girardus de Bolet, Radulfus de Greio, Herveus Guarlata, Rainaldus Brichet, Mauricius monachus de Credone, Hugo monachus de Chimilliaco, Radulfus monachus de Nucariis et tunc prior de Azi et multi alii.

XXI. — 1162-1178. — CHARTE DE GEOFFROY III, ÉVÊQUE D'ANGERS, RELATANT UN ACCORD ENTRE SAINT-NICOLAS ET RENAUD IV[1] DE CHATEAU-GONTIER, CONCERNANT LE FOUR DU GENÉTEIL. RENAUD AUTORISE SES SUJETS HABITANT LE FAUBOURG, A Y CUIRE LEUR PAIN, ET LES MOINES A VENDRE DU PAIN A LA PORTE DE SON CHATEAU ; IL CONFIRME LES DONATIONS FAITES A L'ABBAYE PAR JEAN DES VIGNES ET ERNOUL GAUDIC, SOUS LA RÉSERVE DU SERVICE FÉODAL ET DE LA TAILLE QU'IL POSSÈDE SUR LES BIENS DE CE DERNIER. (A. 46, p. 93.)

Ego Gaufridus, Dei gratia Andegavensis episcopus,

Notum facio cunctis haec scripta legentibus, quod inter Raginaudum de Castrogunterii et monachos Sancti Nicholai Andegavensis emerserit quaedam contentio, videlicet de furno de Genestullio et de propriis et stationariis Raginaudi hominibus a ponte Meduanae usque ad ecclesiam Beatae Mariae habitantibus, quos ipse a coctione ipsius furni prohibebat.

Raginaldus igitur, cum Jerosolimam ire disponeret, tandem recordatus de dono et elemosina quam pater suus, Adelardus, praedictae ecclesiae fecerat, contentionem dimisit et concessit monachis praedictum furnum in perpetua pace et quod ipsi pro-

(1) Renaud V, d'après L. Maître ; VII, d'après Ménage et l'abbé Foucault.

prii homines Raginaudi coquant in eodem furno libere et quiete.

Concessit insuper ut homines monachorum portent panes suos ad portam domini Raginaudi, et vendant, et residuum, quod ibi non vindiderint, referant ad domos suas et cum aliis mercimoniis suis ad fenestras suas libere et absque calumnia vendant.

Praeter haec, quem [1] ipse Raginaudus fossatum fecerat in terra monachorum, unde ipsi census suos perdiderant, restituit eis alibi tantumdem census quantum illi perdebant.

Concessit etiam eis domum Johannis de Vineis [2] in liberam ac quietam elemosinam, sicut eam tempore patris sui habuerant, terram quoque Ernulphi Gaudic quae est apud Gennam, salvo tamen servitio et taillata sua quam habet in terra ipsius Hernulfi.

Haec autem compositio facta est et confirmata in nostro palacio et in nostra praesentia.

Videntibus et audientibus istis : scilicet Richardo et Stephano archidiaconis, Gaufrido Bevino, Gaufrido Bibente Solem, Peloquino, canonicis Sancti Mauricii, Gaufrido Mainerii, Johanne Carii, Ulrico priore tunc Sancti Nicholai, Gervasio fratre nostro, Gaufrido priore de Adileriis, Gervasio cellarerio, Simone priore de Genestullo, Durando priore de Genna.

Ex parte domini Raginaudi : Adelardo fratre ipsius, Stephano de Coldreio et Pagano Luchas, Ganullo Barre, Gaufrido qui scripsit et aliis pluribus.

XXII. — 1160, 1161, 1173, 1174 ou 1176, un 7 avril, Agnani. — LETTRE PAR LAQUELLE LE PAPE ALEXANDRE III CONFIRME A SAINT-NICOLAS LA POSSESSION DE LA CHAPELLE DU GENÊTEIL ET DE TOUS SES REVENUS. (A. 2, p. 1.)

Alexander episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati et fratribus Sancti Nicolai Andegavensis salutem et apostolicam benedictionem.

Justis petentium desideriis dignum est nos facilem praebere consensum, et vota quae orationis tramite non discordant, effectu sunt prosequente complenda.

(1) Il faut sans doute lire *quia*.

(2) Plusieurs hameaux et fermes des environs s'appellent *les Vignes ;* un fief de ce nom se trouvait en Quelaines.

Quapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, capellam Genestolii cum decimis, oblationibus et aliis pertinentiis suis, quemadmodum eam rationabiliter possidetis, vobis et ecclesiae vestrae auctoritate apostolica confirmamus et praesentis scripti patrocinio communimus, statuentes ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostrae confirmationis infringere vel ei aliquatenus contraire.

Si quis autem hoc attemptare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Anagniae, septimo idus aprilis.

XXIII. — 1162-1178. — LETTRE DE GEOFFROY III, ÉVÊQUE D'ANGERS, RELATANT UN ACCORD ENTRE SAINT-NICOLAS ET JEAN DE RALLAY, AU SUJET DU MOULIN DE DORDOGNE ET DES PRÉMICES D'AZÉ. (B. 2, p. 97.)

Goffridus, Dei gratia episcopus Andegavensis, omnibus fidelibus Christi praesentibus et futuris salutem et gratiam.

Notum sit vobis quod inter humilem abbatem Sancti Nicholai et Johannem de Raleio fuerat quaedam discordia de molendino de Hoirnuneria[1] et de aqua et de pratis et de terra et de primitiis de Azeio.

Conventum[2] igitur in mea praesentia abbas et Johannes et fecerunt inde pacem sicut hic subscribitur :

Inprimis dimisit Johannes monachis omnes primitias ; de molendino remansit abbati et monachis tertia pars tota et de monnerio et de monniera et de aqua et de terra et de pratis similiter, et insuper tota decima suae partis. Porta autem molendini talis fiet quod aqua dimittetur in die sancti Florentii quae est kalendas mai et in die Nativitatis Sanctae Mariae iterum exclusoriae reponentur sic quod aqua non noceat amplius pratis monachorum.

Hanc conventionem confirmavit Johannes in mea manu se teniturum semper et in mauu Gaufridi archidiaconi.

Et quod ipse ulterius non invadat res monachorum quamdiu in

(1) Ce mot est estropié. Il s'agit bien du moulin de Dordogne. Cf. charte XXIX. Ce moulin qui dépend d'Azé, est situé sur le ruisseau de Souverron.

(2) Il faut lire sans doute : *Convenierunt.*



curia Sancti Mauritii abbas et monachi rectum facere voluerint, et quatinus hoc pactum ratum et firmum permaneat, sigilli mei impositione confirmo.

Hii sunt testes : Ricardus archidiaconus, Hugo cantor, Jonas capellanus episcopi, Goffridus Bibens vinum, Stephanus de Coldreio ;

De militibus : Goffridus Chalvellus, Gauterius de Ductu Silvestri[1], Horreius de Estriche, Goffridus de Fano, Fromundus de Fano, Patricius vicarius de Credone.

XXIV. — 1190, Château-Gontier. — ACTE PAR LEQUEL RENAUD V[2] DE CHATEAU-GONTIER RECONNAIT QUE LES BIENS DONNÉS PAR ALARD ET SES SUCCESSEURS AU PRIEURÉ DU GENÉTEIL SONT LIBRES DE TOUTE COUTUME, SAUF UN PRIVILÈGE SUR LE PAIN, ET RAPPELLE QUE LES HOMMES DES MOINES NE PEUVENT EXPOSER A LEUR FENÊTRE QU'UN OU DEUX PAINS, A L'EXCLUSION DE TOUTE AUTRE MARCHANDISE. (A. 3, p. 1.)

Sciant omnes ad quos praesens scriptura venerit, quod omnis elemosina quam Adelardus de Castro Gunterii et successores ejus ecclesiae Sancti Nicholai Andegavensis, ad opus monachorum de Genestelio [dederunt], ab omnibus cosdumis libera est et quieta, excepto quod dominus Castri Gonterii habet de credentia cum hominibus monachorum qui pistores sunt vel erunt de queceia duodecim primas numeratas pro decem nummis, tradendo nummos pistori vel salvum pignus, et si plus sine dampno pistoris erit, et habebit capitaliter vel nummos vel salvum pignus tradendo[3].

Notandum etiam quod in burgo quod dicitur Genestel, non licet hominibus monachorum ad fenestram habere nisi unum

(1) Du Douet-Sauvage.

(2) Ce petit-fils d'Alard III n'est pas indiqué par M. L. Maître, qui le confond avec son père. La Généalogie anonyme publiée dans le *Bulletin de la Commission historique et archéologique de la Mayenne* n'en fait pas mention. (Tome III de la 1re série, p. 393.)

(3) Ce membre de phrase est incompréhensible ; en 1669 le marquis de Château-Gontier déclarait avoir le droit de « prendre de chacune fournée de pain cuit au four à ban du prieuré du Genetay, scis audict faubourg, un deniers ».

panem aut duos, pro signo panem vendendi ; residuus vero panis a duobus predictis erit in domo cum aliis mercimoniis, quoniam alias merces praeter panem ad fenestram non licet habere ; et panis erit ad extensionem brachiorum a fenestra.

Ego vero Raginaudus, Raginaudi filii Adelardi quondam filius, volens totius calumpniae resecare materiam, feci donum istud vivaci mandari litterae atque mei sigilli testimonio praesentem cartulam communivi.

Actum publice in aula mea de Castrogunterii, millesimo centesimo nonagesimo Dominicae Incarnationis [anno], Johanne priore tunc domus de Genestel, Helia priore de Azeio, Willelmo fratre meo astante, Guenolfo Barre, Gaufrido meo senescallo, Gauterio de Longneio[1], Radulfo Pleude, Renerio coquo, et plures alii quos taedet numerare.

XXV. — 1206. — CHARTE PAR LAQUELLE RENAUD V ET ALARD IV, SEIGNEURS DE CHATEAU-GONTIER, DU CONSENTEMENT DES BOURGEOIS ET DES HOSPITALIERS, ACCORDENT AU PRIEURÉ DU GENÉTEIL LA FACULTÉ DE CÉLÉBRER LES OFFICES DANS LA CHAPELLE DE L'HOTEL-DIEU ET ABANDONNENT EN SA FAVEUR LEURS DROITS SUR UN TERRAIN PRÈS DE L'ANCIENNE AUMONERIE ET SUR DEUX PARCELLES DE TERRE ET DE VIGNE. (B. 3, p. 98.)

Rainaldus et Adelardus, domini de Castrogunterii, omnibus praesens scriptum inspecturis, salutem.

Noverit universitas vestra quod nos, assensu et voluntate burgensium de Castrogunterii et elemosinariorum domus Dei de nuovo constructae super pontem ejusdem castri, concessimus Gosleno, Dei gratia abbati Sancti Nicholai Andegavensis [2], et conventui ejusdem abbatiae quod in capella Domus Dei monachi de Genestuil, quandocumque voluerint, divina celebrarunt, et si forte contigerit parrochianos suos adesse et offerre, oblationes eorum secum deferent et habebunt ; in cimiterio suo neminem sepelient [elemosinarii], nisi Fratres ejusdem domus vel pauperes ibidem receptos quos ibi ad Christum migrare contigerit.

(1) Loigné, commune du canton de Château-Gontier.

(2) Joulain fut abbé de 1202 à 1211.

Parrochianos alienos, si forte ad eorum religionem transire voluerint, non recipient, nisi suorum licentia sacerdotum.

Capellanus vero, qui pro tempore desserviet in capella, antequam serviat in capella, praedicto abbati in suo capitulo praesentabitur, et fidelitatem ei faciet quod omnia ea, quae de jure parochiali consueverunt percipere monachi sui in ecclesia de Azeio et de Genestuil, cum omni fidelitate conservabit.

Praeterea concessimus praedicto abbati et suo conventui terram, quae erat circa antiquam elemosinariam, quam libere eidem domui primitus dederant, ei et conventui suo libere et absolute in proprios usus habendam et sine reclamatione possidendam; insuper arpentum terrae et dimidium quod est inter Crucem de Azeio et Genestuil.

Praeterea concessimus eidem abbati dimidium arpentum vinearum quae [1] dicitur ad Sarpam [2] et est de feudo Guillelmi de Quercu [3], eodem modo quiete et pacifice perpetuo possidendum.

Hanc autem pactionem praedicto abbati et conventui manu cepimus servandam et defendendam.

Actum est anno ab Incarnatione Domini millesimo ducentesimo sexto.

Ut autem praesens pagina perpetua gaudeat firmitate et pace, eam sigillis nostris fecimus communiri.

Testibus his : Gaufrido, senescallo de Castrogunterii, et Hamelino hujus fratre, J. Frarr., J. Hamelino, G. Fues, R. Odoer, G. Euroboad et aliis pluribus. *Et sigillatum.*

XXVI. — 1206. — CHARTE DE JOULAIN, ABBÉ DE SAINT-NICOLAS, RAPPELANT LES FAITS EXPOSÉS DANS LA CHARTE PRÉCÉDENTE ET RECONNAISSANT AUX HOSPITALIERS LE DROIT DE CONSTRUIRE UN HOTEL-DIEU ET UNE CHAPELLE SOUS CERTAINES CONDITIONS. (C. 8, p. 303, d'après le Cartulaire de Saint-Nicolas, folio 200, verso.)

Universis Christi fidelibus praesentes litteras inspecturis, Gos-

(1) *Sic* pour *quod*.

(2) Les Serpes, hameau en Azé, voisin de Chambrezais.

(3) Le Chêne, en Azé, ancien fief mouvant d'Azé et de Saint-Julien de Château-Gontier.

lenus, Dei miseratione humilis minister ecclesiae Beati Nicholai Andegavensis, totusque ejusdem loci conventus, salutem et sempiternam in salutis auctoritate caritatem.

Quae ad perpetuam pacem et utilitatem ecclesiae Dei statuuntur, ut omnis in posterum quaestio et cujuslibet dubitationis scrupulus amoveatur, consueverunt sapientes scripturae testimonio commendare.

Quorum vestigiis inhaerentes, quae pro bono pacis statuta sunt inter nos et Raginaldum et Adelardum, dominos de Castrogunterii, et burgenses ejusdem castri et elemosinarios Domus Dei (scilicet de domo elemosinaria construenda, cum capella et cimiterio, super pontem ejusdem castri, in parrochia nostra de Azeio, quae retroactis temporibus, de assensu et voluntate nostra alibi constructa fuerat sine capella et cimiterio) praesentibus litteris facimus annotare.

Receptionibus ergo pauperum operam dantes, opera caritatis et miseriae quae ibidem debent cohiberi, nolentes impedire, concessimus vobis elemosinariis, cum assensu et voluntate ecclesiae nostrae, quod liceat vobis domum elemosinariam construere cum capella et cimiterio ;

Ita tamen quod capella unam et unicam habeat campanam nec plures, quantiscumque possessionibus et redditibus augeatur ; capellanus vero, qui pro tempore deserviet in capella, nobis in capitulo nostro praesentabitur et fidelitatem nobis faciet quod omnia ea, quae de jure parrochiali consueverunt percipere monachi nostri in ecclesia de Azeio et de Genestuil, cum omni fidelitate observabit.

Monachi vero de Genestuil, quandocumque voluerint, divina celebrabunt in capella ; et si forte contigerit parrochianos suos adesse et offerre, oblationes eorum secum deferent et habebunt.

In cimiterio suo neminem sepelient nisi Fratres ejusdem domus vel pauperes ibidem receptos, quos ibi ad Christum migrare contigerit. Parrochianos suos alienos, si forte ad eorum religionem transire voluerunt, non recipient nisi suorum licentia sacerdotum.

Ipsi vero domini de Castrogunterii et elemosinarii, cum assensu omnium burgensium, terram quae erat circa antiquam elemosinariam, quam libere eidem domui dederamus, nobis et ecclesiae

nostrae donant libere et absolute, in proprios usus habendam et sine reclamatione possidendam; insuper arpentum terrae et dimidium quae est inter Crucem de Azeio et Genestuil.

Praeterea dant ecclesiae nostrae dimidium arpentum vinearum quae dicitur ad Sarpam et est de feudo Guillelmi de Quercu, cum eodem modo quiete et pacifice possidendum.

Actum est hoc anno ab Incarnatione Domini millesimo ducentesimo sexto.

Ut autem praesens pagina perpetua gaudeat firmitate et pace, eam nostro et capituli nostri sigillo fecimus communiri.

His testibus: Godefredo priore, Johanne sacrista, Balduino celerario et elemosinario, Gueberto monacho, Stephano Panetier.

XXVII. — 1206. — SENTENCE ARBITRALE RENDUE PAR HAMELIN ÉVÊQUE DU MANS, NICOLAS ET GUILLAUME, L'UN DOYEN, L'AUTRE ARCHIDIACRE DU MANS, COMMIS PAR LE PAPE INNOCENT III, ET HOMOLOGUANT LA TRANSACTION ÉTABLIE DANS LES DEUX CHARTES PRÉCÉDENTES. (B. 65, p. 203.)

Hamelinus, Dei gratia episcopus, Nicholaus, decanus, Willelmus, archidiaconus Cenomanensis, universis praesentem cartulam inspecturis, in Vero Salutari salutem.

Noverit universitas vestra quod causam, quae inter abbatem et monachos Beati Nicholai Andegavensis, ex una parte, et dominos et burgenses et elemosinarios Castrigonterii, super domo elemosinaria ejusdem loci et ejus cimeterio, ex altera, vertebatur, commisit nos dominus papa Innocentius tertius fine canonico terminandam. Tandem vero fuit concorditer in hunc modum sospita:

Praedicti abbas et monachi concesserunt elemosinariam construi juxta pontem Castrigonterii, cum cimeterio et capella, ita quod capella illa unam solam campanam habitura sit, quantiscumque redditibus augeatur.

Capellanus vero, qui capellae deserviet, in capitulo Beati Nicholai Andegavensis abbati et conventui praesentabitur et faciet eis fidelitatem quod omnia, quae de jure parochiali monachi solebant percipere in ecclesiis de Aceio et de Genestuil, cum omni integritate fideliter conservabit.

Monachi autem de Genestuil in capella praedicta, quando volue-

rint, celebrabunt divina et obventiones ex parochianis suis provenientes secum deferent et habebunt.

Praeterea in cimiterio elemosinariae nemo sepelietur, nisi Fratres ejus domus vel pauperes recepti in domo ; parochianos enim monachorum nec in vita nec in morte licebit eis recipere sine licentia sacerdotum.

Sane domini Castrigunterii et elemosinarii, de assensu omnium burgentium, dederunt monachis terram quae erat circa antiquam elemosinariam libere et absolute habendam, quae videlicet terra praedictae domui a saepedictis monachis olim fuerat assignata.

Amplius etiam quoddam arpentum terrae et dimidium, quod est inter Crucem de Aceio et Genestuil, et quoddam dimidium arpentum vineae quae dicitur ad Sarpam, de feodo Gaufridi de Quercu, dederunt eisdem monachis quiete et pacifice possidenda.

Hanc autem pacis formam ad preces partium, per majorem firmitatem fecimus sigillorum nostrorum appositionibus roborari.

Actum fuit hoc anno gratiae millesimo ducentesimo sexto. *Et sigillatum tribus sigillis.*

XXVIII. — 1216, Azé. — CHARTE DE THIBAULT DE MATHEFÉLON PORTANT RENONCIATION A SES DROITS SUR DIVERSES DIMES SUR DES DOMAINES A AZÉ, APPARTENANT A SAINT-NICOLAS, SOUS LA RÉSERVE DES MESURES. (B. 4, p. 100, d'après un *vidimus* de Michel de Villoiseau, évêque d'Angers.)

Universis Christi fidelibus praesentem paginam inspecturis, Theobaudus de Mathefelon salutem in Vero Salutari.

Universitati vestrae notum facio quod cum quaedam controversia orta fuisset inter abbatem et conventum Beati Nicholai Andegavensis, ex una parte, et me, ex altera, super quibusdam villicationibus et decimis quarumdam vinearum in parochia de Azeio sitarum et super mensuris in eadem parochia hominibus tradendis, tandem, Deo volente, eadem controversia in hunc modum, me volente et approbante, est sopita.

Videlicet quod praedictis abbati et conventui remanent villicatio et decima de tenemento de Grangia, quae sunt in feodo et elemosina Adlardi de Gobis ; similiter et villicatio et decima quae sunt in feodo Johannis de Raleio, quae sunt de feodo Gaufridi

Ancipitis et villicatio et elemosina quas antecessores Johannis de Raleio dederunt abbati et conventui in feodo quod ipsi tenebant de domino de Mathefelon, remanent saepedictis abbati et conventui libere et quiete, licet ipsi monachi eandem villicationem antea juste possedissent, videlicet in domo Raginardi Aalardi et in Maslonneria[1].

Decima vero de vineis quae plantatae fuerant apud Plancham Oriot[2], scilicet in terra quam Simon Buglel dedit monachis de Azeio, remanet monachis praenominatis libera et quieta in perpetuum possidenda, licet eamdem decimam quoquomodo antea possedissem.

In aliis vero feodis quae monachi habent de dono et elemosina antecessorum meorum, decimas et villicationes et caetera quae possident, salvis aliis eorum libertatibus et tenementis, confirmo.

Verumtamen mensurae quae per totum feodum de quo facta est compositio, similiter et per totum feodum quod tenent de me et antecessoribus meis, sunt necessariae, mihi remanent et haeredibus meis ministrandae, ita scilicet quod jus sive justitia et custodia praedictarum mensurarum et quidquid pertinet ad ipsarum reprobationem, mihi et haeredibus meis remanent exercenda.

Insuper, in illa donatione quam Hamelinus de Gobis dedit prioratui de Azeio, villicatio et decima mihi et haeredibus meis remanent libere et quiete possidenda, sicut continetur inter fossatum de Fraxino et veterem portum.

Huic autem compositioni interfuerunt isti : Gaufridus de Mathefelun, Fulco de Mathefelun, fratres mei, magister Benedictus decanus Sancti Johannis Andegavensis, Guillelmus de Fogere, Mauricius le Boirne, Herveus Grifier, Herbertus de Andolleio, Radulfus de Brée, Gaufridus de Chemens, Joslinus Chauvel, Johannes de Gobis, Gaufridus de Bofeio, Matheus de Ruilleio, Guillelmus Billon, Hugo de Portu, milites ; Hardoinus Hamelini clericus, Aalardus Jacobi clericus meus, Raginardus monachus famulus meus, Gaufridus de Raleio, Gaufridus Jacobi, Simon Jacobi, Johannes Guerrif et plures alii.

(1) La Malonnière, ferme de Gennes.

(2) La Planche, ferme en Azé.

Ut haec autem compositio rata et illabata permaneret, praesentem paginam sigilli mei munimine cum appositione sigilli venerabilis Guillelmi [1], Andegavensis episcopi, dignum duxi roborandum.

Actum publice apud Azeium, anno graciae millesimo ducentesimo decimo sexto. *Et sigillatum.*

XXIX. — 1219, 7 mai. — CHARTE PAR LAQUELLE THIBAULT DE MATHEFÉLON CONFIRME LA DONATION FAITE AU PRIEURÉ D'AZÉ PAR JEAN DE RALLAY DE TOUS SES DROITS SUR LE MOULIN DE DORDOGNE. (B. 53, p. 182.)

Omnibus praesentibus et futuris ad quos litterae istae pervenerint, Theobaudus de Mathefelon, salutem in Domino.

Noverit universitas vestra quod Johannes de Raleio dedit et concessit duas partes quas habebat in molendino de Dordonia et quidquid juris habebat in eodem loco, videlicet in pratis, in stagno et in terra, monachis de Azeio in eodem loco Deo servientibus in perpetuam elemosinam.

Et ut hoc ratum et stabile permaneat in futurum, ad petitionem utriusque partis, praesentem cartam sigilli mei munimine, salvo jure meo, roboravi.

Actum est hoc anno ab Incarnatione Domini millesimo ducentesimo decimo nono, in crastino festivitatis sancti Johannis ante Portam Latinam. *Et sigillatum.*

XXX. — 1220, Château-Gontier. — SENTENCE D'AUBIN, DOYEN D'ENTRE SARTHE ET MAYENNE, ET DE MAITRE RENAUD DE CHATEAU-GONTIER, REMPLAÇANT GUILLAUME, ARCHIDIACRE D'OUTRE-MAINE, RENDUE ENTRE SCOLASTIQUE, VEUVE DE RENAUD LE NEVEU, ET SA BELLE-SŒUR AGNÈS ET ÉTIENNE GAUCHOT, AU SUJET DE LA PROPRIÉTÉ D'UNE MAISON AU GENÉTEIL ET DE DEUX VIGNES DONT UNE A LA TUBERDIÈRE. (A. 4, p. 2.)

Universis Christi fidelibus ad quos praesens scriptura pervenerit, Albinus, decanus de inter Saltam et Meduanam, et magister Raginaudus de Castro Gonterii, tunc temporis loco domini Guil-

(1) Guillaume de Beaumont, évêque d'Angers, 1202-1240.



lelmi, archidiaconi Transmeduanensis, et nostro, salutem in Vera Salute.

Noverit universitas vestra quod grandis contencio fuit exorta inter Scolasticam, relictam Raginaudi Nepotis, ex una parte, et Agnetem, sororem predicti Raginaudi, et Stephanum Gauchot, avunculum ejusdem Raginaudi, ex altera, super quadam domo de Genesteil, de feodo Dominae[1] Castrigunterii, et quadam vinea de feodo Joslain Chauvel, apud Latibusdière[2] et alia vinea quam acquisierat in eodem feodo Raginaudus Nepos et Scolastica praedicta.

Haec omnia dicebat Agnes praedicta et Stephanus Gauchot ad eosdem de jure patrimoni pertinere ; e contrario Scolastica asserebat quod domus et vinea praedictae legatae fuerant in elemosinam Raginaldo, quondam marito ipsius, a Guillelmo Rossel, avunculo praedicti Raginaudi, et praedictus Raginaudus legaverat in elemosinam domum et vineam eidem Scolasticae ad omnem suam voluntatem faciendam, et insuper parte illius vineae, quam emptionis titulo possidebant.

Cum autem hujusmodi causa inter eos fuisset diucius ventilata, tandem bonorum virorum consilio, sic fuit compositum inter eos :

Scolastica enim reliquit Agneti et Stephano Gauchot domum de qua erat contencio inter eos, et elemosinae quam dicebat se habere in praedicta domo abrenunciavit corporali praestito juramento.

Agnes autem et Stephanus Gauchot et Christiana, uxor ejus, juramenti cautione interposita, in bona pace praedictas vineas reliquerunt praedictae Scolasticae ad faciendum quidquid vellet de eis.

Haeredes autem Stephani et Christianae illud idem concesserunt habitis concessionibus suis. Alii autem qui de genere erant super Agnetem et Stephanum Gauchot concesserant judicio mediante. Scolastica vero praedictas vineas legavit in elemosinam Petro,

(1) Il faut probablement lire *Domini*, car Alard IV n'est mort qu'en 1226.

(2) La Tuberdière, ferme en Azé (*Dict. topographique de la Mayenne*) ; la Truberdière (*Carte du ministère de l'Intérieur*).

marito suo, et haeredibus suis, si supervixerint Scolasticae praedictae.

Hoc totum factum fuit in audiencia et praesentia magistri Raginaudi qui tunc temporis erat in loco domini archidiaconi tunc temporis et nostro.

Et ne de caetero super hoc posset calumpniosa . . . . . suboriri, praesentem cartulam sigilli nostri karactere duximus confirmandam, ajuncto sigillo praedicti magistri ad evidencioris testimonium veritatis.

Actum publice apud Castrum Gunterii anno millesimo ducentesimo vigesimo byssextili.

XXXI. — 1221. — CHARTE PAR LAQUELLE L'ABBÉ HEMERY MET PIERRE DE VILLAINES EN POSSESSION D'UNE MAISON ET D'UNE VIGNE SITUÉES AU GENÉTEIL, RUE TROUVÉE, DÉPENDANT DE LA SUCCESSION DE NICOLAS SAUVELOUP, A CHARGE DE PAYER SIX SOUS DE CENS AU PRIEUR DU GENÉTEIL. (A. 5, p. 3.)

Universis Christi fidelibus praesentes litteras inspecturis, Hamericus, Dei permissione humilis abbas Beati Nicholai Andegavensis, et conventus ejusdem loci salutem in Christo.

Universitati vestrae notum fieri volumus quod nos tradidimus Petro de Villana cognamento dicto, monacho, tenementum Nicholai de Sauvelou [1] defuncti situm in feodo nostro apud Genesteil, in ruga quae dicitur Troée, videlicet quamdam domum et vineam post eamdem domum sitam, ad sex solidos annui census persolvendos priori nostro de Genesteil in vigilia Nativitatis Domini, sibi et haeredibus suis in perpetuum possidenda ad voluntatem suam, salvis nobis nostris redevenciis, modis omnibus faciendam.

Et ne super hoc possit in posterum aliqua dubitatio suboriri, praesentes litteras, praesentibus Willelmo priore abbatiae, Willelmo sacrista, Raginardo celerario, Constancio elemosinario, Gervasio baiolo, Andrea panetario, et pluribus aliis, sigillorum nostrorum munimine fecimus roborari.

Actum anno gratiae millesimo ducentesimo vigesimo primo.

(1) Sauveloup, en Azé, ancien fief vassal de la terre des Forges.



XXXII. — 1223. — CHARTE D'HAMELIN DE TROUVÉE, PAR LAQUELLE IL RECONNAIT DEVOIR AU PRIEUR D'AZÉ NEUF DENIERS DE CENS SUR UN PRÉ QU'IL A ACHETÉ DE JEAN HARDOUIN ET DE SA FEMME HERSENDE. (B. 5, p. 102.)

Universis praesentes litteras inspecturis, Hamelinus de Troeia salutem in Domino.

Noveritis quod ego, Hamelinus de Troeia, priori de Azeio novem denarios de puris censibus de prato quod emi de Johanne Harduin et Hersendi, uxore sua, quod est situm inter nemus Petri de Gaudreia et rotam de Dordel, in festo Sancti Johannis Baptistae reddere teneor annuatim.

Et ne possem dicere vel haeredes mei in posterum quod aliter quam censaliter possiderem, dicto priori dedi praesentes litteras sigilli mei munimine roboratas in testimonium veritatis.

Actum anno gratiae millesimo ducentesimo vigesimo tertio. *Et sigillatum.*

XXXIII. — 1243, 1er août, Château-Gontier. — LETTRE DE MICHEL DE VILLOISEAU, ÉVÊQUE D'ANGERS, CONSTATANT LE BAIL DU FOUR D'AZÉ CONSENTI PAR SAINT-NICOLAS A MAURICE BOINARD ET MATHIEU FERRÉ, MOYENNANT UNE RENTE DE VINGT-DEUX SOUS ET LA CHARGE DE CUIRE LE PAIN DU PRIEUR. (B. 63, p. 200.)

Universis Christi fidelibus praesentes litteras inspecturis Michaël, divina permissione Andegavensis episcopus, aeternam in Domino salutem.

Noverit universitas vestra quod, in nostra praesentia constituti, Mauricius Boygnart et Mathaeus Ferre recognoverunt coram nobis in jure se recepisse ab abbate et conventu Sancti Nicholai Andegavensis, furnum suum de Azeio cum pertinentiis suis, ipsis eorumque haeredibus tenendum et de caetero pacifice possidendum ;

Pro viginti duobus solidis usualis monetae singulis annis reddendis priori suo de Azeio, videlicet in Nativitate Domini sex solidos, et in sequenti Resurrectione Domini sex solidos, et in festo Omnium Sanctorum proximo subsequenti decem solidos ;

Tali modo quod praedicti Mauricius et Mathaeus et eorum haeredes praedictum furnum cum praedictis pertinentiis tenentur in bono statu et legitimo tenere et panem prioris sui de Azeio, qui pro tempore fuerit, ad usus suos facere dequoqui ad expensas omnino eorumdem, quotienscumque a praedicto priore vel ejus allocato fuerint requisiti.

De hoc autem fideliter observando ac tenendo obligaverunt coram nobis praedicti Mauricius et Mathaeus praedictis abbati et conventui se et haeredes et omnia bona sua, mobilia et immobilia, quae possident tam in feudo prioris praedicti quam in aliis feudis, vel in posterum possidebunt, ut ex tunc praedicti abbas et conventus et praedictus prior de Azeio possint se vindicare super praedictis bonis libere, si praedicti Mauricius et Mathaeus vel eorum haeredes noluerunt seu non potuerunt expressa superius adimplere.

In cujus rei testimonium nos, ad petitionem praedictorum Mauricii et Mathaei, praedictis abbati et conventui dedimus et concessimus praesentes litteras sigilli nostri munimine roboratas.

Actum apud Castrumgunterii, anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo tertio, in festo sancti Petri ad vincula. *Et sigillatum.*

XXXIV. — 1260, 20 novembre. — ACTE DE NICOLAS, ARCHIDIACRE D'OUTRE-MAINE, CONSTATANT LE DON DE TROIS QUARTIERS DE VIGNE AU CHÊNE EN AZÉ, FAIT PAR MARIE LA TROPINELLE AU PRIEURÉ DU GENÉTEIL. (A. 7, p. 5.)

Universis praesentes litteras inspecturis et audituris, Nicholaus, archidiaconus Transmeduanensis, salutem.

Noveritis quod in nostra praesentia constituta Maria, dicta la Tropinelle, dedit et perpetuo concessit, pro salute animae suae, in puram et perpetuam elemosinam, Deo et abbatiae Beati Nicholai Andegavensis et prioratui ejusdem abbatiae de Genestel, tria quarteria vinearum quae sita sunt in feodo Hamelini de Forgis [1],

(1) Forges, ferme en Chatelain, détruite en 1872. — Ancienne chatellenie importante, relevant des baronnies d'Ingrandes et d'Entrammes.

in parochia de Azeio apud Quercum[1], dictis abbatiae et prioratui habenda et in perpetuum possidenda;

Ita tamen quod dicta Maria, quandiu vixerit, habebit usumfructum in vineis supradictis, et in morte ipsius medietatem fructuum et exituum dictarum vinearum percipiet et habebit, dictis abbatiae et prioratui medietate altera remanenda.

Post mortem vero ipsius, dicta tria quarteria vinearum dictis abbatiae et prioratui quieta et libera remanebunt in perpetuum possidenda et habenda, ratione elemosinae supradictae.

Et proprietatem dictarum vinearum, juxta tenorem praesentium litterarum, transtulit in dictos prioratum et abbatiam per traditionem praesentis instrumenti, et nos ipsam, coram nobis praesentem et praemissa confitentem in jure et in haec consentientem, expresse ad omnia praemissa et singula tenenda in scriptis diffinitive condempnavimus.

In cujus rei testimonium, sigillum nostrum praesentibus litteris duximus apponendum.

Datum die sabbati ante festum beatae Catharinae, anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo.

XXXV. — 1260, 18 décembre. — ACTE DE NICOLAS, ARCHIDIACRE D'OUTRE-MAINE, PAR LEQUEL HAMELIN DE FORGES DONNE AU GENÉTEIL UNE RENTE DE TROIS FOURNITURES DE SEIGLE, A CHARGE DE SIX DENIERS DE CENS, ET AFFRANCHIT TROIS QUARTIERS DE VIGNE A AZÉ, APPARTENANT AU PRIEURÉ. (A. 6, p. 4.)

Universis praesentes litteras inspecturis vel audituris, Nicholaus, archidiaconus Transmeduanensis, salutem in Domino.

Noveritis quod in nostra praesentia constitutus Hamelinus de Forgis dedit et concessit Deo et ecclesiae Beatae Mariae de Genestelio et priori et prioratui ejusdem loci, in puram et perpetuam elemosinam, tria praebendaria silligeinis ad mensuram de Genestelio, quae idem Hamelinus percipiebat et habebat, seu percipere consueverat a dicto priore, super quadam pecia vineae quam quondam tenuit defuncta Theopheria de Mongeronde, sita in parochia de Azeio, ita quod idem prior, vel ejus successores,

(1) Le Chêne, ferme en Azé, au N.-E. de Château-Gontier.

tenentur reddere dicto Hamelino et ejus haeredibus sex denarios monetae currentis singulis annis in Nativitate beati Johannis Baptistae annui census.

Praeterea coram nobis in jure constitutus, dictus Hamelinus voluit et expresse consensit quod dictus prior de Genestelio teneat et possideat ad voluntatem suam tria quateria vinearum quae sita sunt in feodo Hamelini de Forgis in parochia de Azeio apud Quercum, ita quod dictus Hamelinus aut ejus haeredes non poterunt compellere dictum priorem, aut ejus successores in dicto prioratu, ponere dicta tria quarteria vinearum extra manum suam.

Et ad hoc astrinxit se idem Hamelinus, fide in manu nostra praestita corporali, de non veniendo contra praemissa aliqua ratione, et nos ipsum praesentem coram nobis et in haec consentientem, ad omnia praemissa et singula tenenda, adimplenda et fideliter observanda, in scriptis singulariter condempnavimus.

In cujus rei testimonium, praesentibus litteris sigillum curiae Andegavensis duximus apponendum.

Datum die sabbati ante festum beati Thomae apostoli, anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo.

XXXVI. — 1260, v. s., 15 avril. — ACTE DE L'OFFICIALITÉ D'ANGERS PORTANT DONATION AU GENÉTEIL, PAR HAMELIN DE FORGES, DE DEUX RENTES EN SEIGLE DUES SUR QUATRE QUARTIERS DE VIGNES APPARTENANT AU PRIEURÉ, ET ABANDON DE SES DROITS SUR LES MÊMES IMMEUBLES, SOUS LA RÉSERVE DE NEUF DENIERS DE CENS. (A. 47, p. 94.)

Universis praesentes litteras inspecturis vel audituris, Officialis Andegavensis aeternam in Domino salutem.

Noverint universi quod in nostra praesentia constitutus in jure, Hamelinus de Forges confessus fuit quod Maria dicta la Tropinele dederat et concesserat abbati et conventui Sancti Nicholai Andegavensis et prioratui eorum de Genestolio de Castrogunterii, tria quarteria vinearum sita apud Quercum, in parochia de Adzeio, in feodo ipsius Hamelini, quae erant dictae Mariae et in quibus ipsa solummodo sibi retinuerat usumfructum, super quibus quarteriis vinearum praedictis eidem Hamelino debebantur

annuatim tria praebendaria siliginis ad mensuram de Azeio annui redditus et tres denarios annui census ;

Et quod dicti Religiosi tenebant ibidem unum quarterium vineae, ratione eorum prioratus praedicti, quod quondam solebat tenere defuncta Theofania de Monte Verol in feodo ipsius Hamelini, super quo quarterio vinearum ei debebantur tria praebendaria siliginis annui redditus ad mensuram praedictam.

Prout confessus est idem Hamelinus in jure coram nobis, quod sex praebendaria siliginis redditus annui dictus Hamelinus eisdem Religiosis et eorum prioratui praedicto dedit et concessit in puram et perpetuam elemosinam, transferens in eosdem Religiosos, per praesentis scripti traditionem, quicquid juris, possessionis et proprietatis ipse habebat et habere poterat in quarteriis vinearum praedictis et etiam in dicto redditu, retentis sibi tantummodo novem denariis annui census a dictis Religiosis eidem Hamelino reddendis annuatim in festo Nativitatis beati Johannis Baptistae, et quod ipse possit se vindicare in dictis quatuor quarteriis vinearum, nisi dicti Religiosi aut eorum prior de Genestolio dicto Hamelino dictos novem denarios census annui redderent sua die.

Voluit autem dictus Hamelinus ut ipsi Religiosi et eorum prior de Genestolio dicta quatuor quarteria vinearum habeant, teneant et possideant in perpetuum pacifice et quiete sine contradictione ipsius Hamelini ; nec poterit idem Hamelinus dictos Religiosos, vel eorum priorem de Genestolio, compellere ponere extra manum suam dicta quarteria quatuor vinearum, praetextu consuetudinis vel alia ratione, nec etiam dicti Hamelini haeredes.

Et nos ipsum Hamelinum ad haec observanda condempnamus in scriptis.

In cujus rei testimonium praesentibus litteris sigillum Andegavensis curiae renovatum duximus apponendum.

Datum die Veneris post *Isti sunt dies*, anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo, mense aprilis. GERVASIUS.

XXXVII. — 1262. — ACTE DEVANT GUILLAUME, ARCHIDIACRE D'OUTRE-MAINE, PAR LEQUEL ANDRÉ PULLEGAUT ET SA FEMME

AGNÈS SE DONNENT AU PRIEURÉ D'AZÉ AVEC TOUS LEURS BIENS. (B. 58, p. 192.)

Universis praesentes litteras inspecturis et audituris, Guillelmus, Transmeduanensis archidiaconus in ecclesia Andegavensi, salutem in Domino.

Noveritis quod, in nostra praesentia constitutus, Andreas dictus Pullegaut et Agnes, uxor ipsius, dederunt seu dedicaverunt Deo et monasterio Beati Nicholai Andegavensis et prioratui de Azeio et monachis ibidem deservientibus, se et sua :

Videlicet herbergamentum suum cum pertinentiis, duo quarteria vinearum, quae omnia sita sunt in feodo prioris de Azeio, medietatem duorum ortorum in feodo Hamelini de Forgis, medietatem cujusdam domus sitae in feodo ipsius Hamelini, et medietatem unius domus in feodo defuncti Mathurini de Porta, et dimidium quarterium vinearum in feodo Richardi de Alleriis [1], medietatem unius petiae vinearum sitae in feodo Johannis de la Chesnaie, et quemdam ortum qui dicitur Ortus Fontis, et omnia alia bona sua mobilia et immobilia, praesentia et futura, ubicumque existentia, specialiter et expresse.

Possessionem [2] . . . .

Et nos ipsos coram nobis praesentes et praemissa confitentes in jure et in haec consentientes expresse, ad praemissa tenenda in scriptis diffinitive condempnavimus.

Datum die sabbati post . . . ., anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo secundo.

XXXVIII. — 1265, juillet. — CHARTE DE FOULQUES DE MATHEFÉLON, SEIGNEUR D'AZÉ, RECONNAISSANT AUX PRIEURÉS D'AZÉ ET DU GENÉTEIL CERTAINES JURIDICTIONS ET LEUR ACCORDANT PLUSIEURS AVANTAGES. (A. 8, p. 5.)

Universis praesentes litteras inspecturis vel audituris Fulco, dominus de Mathefelon, miles, aeternam in Domino salutem.

(1) Les Aillères, château en Azé, en face de Château-Gontier ; le fief de ce nom dépendait d'Ingrandes et de Forges.

(2) Nous remplaçons par des points les formules déjà données dans les titres précédents, et dont la répétition serait sans intérêt.

Noveritis quod cum contencio verteretur inter me, ex una parte, et religiosos viros abbatem et conventum Beati Nicholai Andegavensis, nomine prioratuum suorum de Azeio et de Genestolio prope Castrumgonterii, ex altera, super quibusdam juridictionibus, villicariis et alta justitia, quas proponebam et dicebam me habere, tanquam dominus feodalis, in terra dictorum religiosorum et hominibus mansionariis eorumdem in parochia de Azeio, dictis abbate et conventu praemissa esse vera e contrario negantibus, tandem, post multas atelquationes, de bonorum virorum consilio, super omnibus contentionibus inter nos ad invicem motis, amicabiliter exstitit compositio in hunc modum :

Videlicet quod praedicti abbas et conventus et eorum prior de Azeio, qui pro tempore fuerit, in herbergamento dicti prioratus, scilicet domibus, cellariis, pressoriis et omnibus aliis pertinentiis dicti herbergamenti infra clausuram dicti herbergamenti sitis, et in pressorio dictorum Religiosorum sito prope magnum cimeterium de Azeio, et in omnibus hominibus in eodem manentibus et aliis ibidem delinquentibus, habebunt de caetero et explectabunt et explectare poterunt tria magna forefacta, videlicet murtrum, emptinium[1] et raptum, et omnem aliam juridictionem et villicariam altam et bassam libere et quiete cum omnibus hiis quae ad eas pertinent seu pertinere dicuntur.

Habebunt etiam de caetero dicti Religiosi et penitus explectabunt in omni alia terra sua, dominiis, feudis prioratus sui de Azeio et possessionibus ab antiquo possessis seu de novo acquisitis ab eisdem et in omnibus hominibus suis estagiariis seu mansionariis in praedictis terra, feudis, dominiis dicti prioratus existentibus, necnon etiam in quibuscumque personis aliis in praedictis locis delinquentibus et in omni terra sua, dominiis, feudis et possessionibus ab antiquo possessis seu de novo acquisitis prioratus de Genestolio, in eadem parochia et in feodo meo seu refeudo sitis, et in omnibus hominibus suis estagiariis mansionariis in praedictis terra, dominiis, feudis et possessionibus dicti prioratus de Genestolio existentibus de burgo de Azeio a dextra parte eundo recte ad ulmum de Troeta, necnon in quibus-

(1) *Incendium ?*

cumque aliis personis in praedictis locis delinquentibus, juridictionem et villicariam cum omnibus hiis quae ad praedictas juridictionem et villicariam pertinent et pertinere dicuntur, sine contradictione aliqua mei et haeredum meorum, salva tamen mihi et haeredibus meis remanente alta justitia cum omni jure et districtu et aliis quae ad ipsam justitiam pertinent seu pertinere dicuntur, in omnibus et singulis locis, terra et hominibus superius nominatis, quam mihi et haeredibus meis retineo habendam et explectandam, dum ibidem advenerit.

Insuper omnes mensurae bladi et vini et costumae mihi et haeredibus meis in perpetuum remanxerunt habendae et de caetero explectandae, cum omni jure et dominio quae ad easdem pertinent, in omnibus hominibus dicti prioratus de Azeio et praedicto pressorio sitis prope dictum cimiterium et in omnibus aliis locis et singulis supradictis dicti prioratus, et in omnibus hominibus prioratus de Genestolio, et in omnibus feudis et dominiis dicti prioratus existentibus seu manentibus, prout dictum est superius, contradictione dictorum Religiosorum aliqua nonobstante, excepto herbergamento praedicti prioratus de Azeio cum omnibus pertinentiis ejusdem herbergamenti, in quo herbergamento et ejusdem pertinentiis infra dictam clausuram, idem prior de Azeio, nomine dictorum Religiosorum, sine contradictione mei et haeredum meorum, habebit et de caetero explectabit omnes mensuras et costumas cum omni jure et dominio quae ad dictas mensuras et costumas pertinere dicuntur.

Praeterea do et concedo dictis Religiosis, pro bono pacis, unum modium vini puri et legitimi ad mensuram de Azeio percipiendum et habendum, singulis annis in vendemiis, in decima mea de parochia de Azeio, videlicet dicto priori de Azeio dimidium modium vini et dicto priori de Genestolio dimidium modium vini, persolvendum, nomine dictorum Religiosorum, a perceptoribus seu collectoribus quibuscumque dictarum decimarum.

Insuper quitto et remitto praedictis Religiosis et priori eorum de Genestolio quidquid juris habebam vel habere poteram quoquomodo in decima voleriorum eorumdem infra clausuram prioratus de Genestolio sitorum, ita quod in praedicta decima ego seu haeredes mei non poterimus aliquid juris de caetero reclamare.

Omnes vero conquestas factas ab antiquo seu de novo ab eisdem Religiosis in feodo meo seu refeudo in dicta parochia de Azeio et omnes alias possessiones suas ratas habeo et eisdem confirmo, exceptis praedicta alta justitia et praedictis mensuris et costumis, prout superius est expressum, cum omnibus hiis quae ad easdem pertinent.

Nec ego, nec haeredes mei poterimus dictos Religiosos dictas conquestas et possessiones praedictas compellere ponere extra manum eorumdem, omni consuetudini, statuto aut usagio in contrario inductis et etiam inducendis et omnibus auxiliis et beneficio juris scripti et non scripti, canonici et civilis et omnibus allegationibus et exceptionibus mihi et haeredibus meis competentibus in praemissis renuncians specialiter et expresse, et omnibus hiis quae possent opponi, dici vel obici contra formam seu tenorem praesentis instrumenti.

In cujus rei testimonium praesentibus litteris sigillum meum duxi apponendum.

Actum mense julii, anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo quinto.

XXXIX. — 1265, v. s., 7 janvier. Château-Gontier. — CHARTE DE NICOLAS GELLANT, ÉVÊQUE D'ANGERS, RELATANT UN ACCORD ENTRE LE PRIEUR DU GENÉTEIL ET JEAN ROINNÉ QUI ABANDONNE AU PRIEURÉ DES VIGNES AU NOYER, A MALABRI ET A CHAMBRESAIS. (A. 9, p. 8.)

Universis praesentes litteras inspecturis vel audituris Nicholaus, divina permissione Andegavensis ecclesiae minister indignus, salutem in Domino.

Noveritis quod, cum contencio verteretur coram officiali nostro apud Andegavum, inter priorem de Genestolio ex una parte, et Johannem dictum Roinne ex altera, super quodam quarterio vineae sito apud le Noïer [1], quod quondam fuit defuncti Johannis Mazeline et defunctae Theophilae, quondam uxoris dicti defuncti, et super quodam alio quarterio vineae sito apud Malabri [2], in feodo Guillelmi de Quercu militis, et super quodam dimidio quar-

(1) Le Noyer, ferme en Azé.

(2) Il existe plusieurs fermes de ce nom, notamment en Loigné et Chemazé.

terio vineae sito apud Campum-Brezais[1], in feodo Richardi de Alleriis, quae petebat dictus Roinne a dicto priore, ea ratione quia dicebat sibi data fuisse in perpetuam elemosinam a dicta Theophila, quondam uxore dicti Roinne, dictus vero prior e contrario diceret ea data fuisse prioratui de Genestolio a dicta Theophila, tandem, de bonorum virorum consilio, super dictis contentionibus inter partes compositum extitit in hoc modum :

Quod dictus Roinne quittavit penitus et remisit dicto priori et prioratui, in perpetuum, et ipsis causam a dicto priore habentibus seu habituris, quidquid juris habebat seu quoquomodo habere poterat in praemissis, cedens in jure coram nobis omni actioni et juri sibi competentibus in mobilibus sive in immobilibus dictae defunctae, transferens etiam in dictum priorem, nomine prioratus, possessionem et dominium rerum praedictarum per praesentis instrumenti traditionem.

Nichil potest etiam idem Roinne a dicto priore de caetero petere ratione dictae elemosinae et exequtionis dictae defunctae, nec in mobilibus, nec in immobilibus, remittens etiam idem Roinne quidquid juris habebat, seu quoquomodo habere poterat in exequtione dictae defunctae.

Idem vero prior quittavit eidem Roinne omnes injurias eidem priori a dicto Roinne illatas et penitus remisit.

Renunciantes . . . .

De tenenda vero dicta compositione et fideliter et firmiter observanda in futurum, idem prior et dictus Roinne, tactis sacrosanctis Evangeliis, corporale praestiterunt in nostra praesentia sacramentum, et nos ipsum priorem et Johannem Roinne praesentes et in hoc consentientes, ad omnia praemissa et singula tenenda fideliter et firmiter observanda, in scriptis diffinitive condempnamus.

In cujus rei testimonium nos praesentibus litteris, ad petitionem partium, sigillum nostrum duximus apponendum.

Actum apud Castrum Gonterii die Jovis post Epiphaniam Domini, anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo quinto.

(1) Chambresais, château voisin d'Azé ; ancien fief de la baronnie d'Ingrandes.

XL. — 1266, 18 juin. — ACTE DE GUILLAUME, ARCHIDIACRE D'OUTRE-MAINE, CONSTATANT LA DONATION DE TROIS QUARTIERS DE VIGNE AU CHÊNE, EN AZÉ, CONSENTIE AU PRIEURÉ DU GENÉTEIL PAR MARIE LA TROPINELLE, FEMME D'HILAIRE. (A. 10, p. 9.)

Universis praesentes litteras inspecturis et audituris, Guillelmus, archidiaconus Transmeduanensis, salutem.

Noveritis quod, in nostra praesentia constituta, Maria dicta la Tropinele, cum assensu et voluntate Hilarii, mariti sui, et auctoritate dicti Hilarii a nobis dictae Mariae in jure prestita interveniente, dedit et perpetuo concessit, pro salute animae suae, in puram et perpetuam elemosinam, Deo et abbatiae Sancti Nicholai Andegavensis et prioratui ejusdem abbatiae de Genestolio, tria quarteria vinearum quae sita sunt in feodo Hamelini de Forges, in parochia de Azeio apud Quercum, dictis abbatiae et prioratui habenda et in perpetuum possidenda ;

Ita tamen quod dicta Maria, quamdiu vixerit, habebit usumfructum in vineis supradictis et in morte ipsius medietatem fructuum et exitium dictarum vinearum percipiet et habebit, dictis abbatiae et prioratui medietate altera remanente.

Post mortem vero ipsius dicta tria quarteria vinearum dictis abbatiae et prioratui quita et libera remanebunt in perpetuum possidenda et habenda ratione elemosinae supradictae.

Et proprietatem dictarum vinearum, justa tenorem praesentium litterarum, transiit in dictos prioratum et abbatiam per traditionem praesentis instrumenti . . . . . .

In cujus rei testimonium, sigillum nostrum praesentibus litteris duximus apponendum.

Datum die Veneris post festum beati Barnabae apostoli, anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo sexto.

XLI. — 1272, 7 décembre. — ACTE DE L'OFFICIALITÉ D'ANGERS, PORTANT BAIL PAR LE PRIEURÉ D'AZÉ A JEAN LE MAU, D'UNE MAISON AVEC OSERAIE ET JARDIN A AZÉ, MOYENNANT UNE RENTE DE QUATORZE SOUS. (B. 49, p. 174.)

Universis praesentes litteras inspecturis et audituris, Officialis Andegavensis, salutem in Domino.

Noveritis quod, in nostra praesentia in jure constitutus, Johannes dictus le Mau, confessus fuit quod prior de Azeio, monachus Beati Nicholai Andegavensis, cum assensu et voluntate abbatis et conventus abbatiae Beati Nicholai Andegavensis, eidem tradiderat et concesserat quamdam domum cum oseraia, ortis et aliis pertinentiis ad dictam domum, sitam in feodo abbatis et conventus praedictorum [et] prioratus de Azeio, et in burgo de Azeio, juxta domum defuncti Raginaldi Chevalier, ut dicebat idem Johannes;

Habendam, tenendam et possidendam in perpetuum ab eodem Johanne et ejus haeredibus et ab ipso causam habentibus et habituris, ad quatuordecim solidos annui redditus seu census reddendos priori de Azeio annis singulis, terminis infra scriptis, a dicto Johanne et ejus haeredibus et causam habentibus ab eodem et etiam habituris, videlicet in festo Nativitatis Domini septem solidos et in festo Nativitatis beati Johannis Baptistae septem solidos annuatim.

Et ad hoc obligavit . . . .

Et in hujus rei testimonium et munimen, ad supplicationem dicti Johannis, sigillum curiae Andegavensis praesentibus litteris duximus apponendum.

Datum die Mercurii post festum beati Nicholai hiemalis, anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo secundo. VAALIN. *Et scellé.*

XLII. — 1275, 11 mai. — ACTE DE LAURENT, ARCHIDIACRE D'OUTRE-MAINE, CONSTATANT L'EXPONCE FAITE AU PRIEURÉ D'AZÉ PAR ANDRÉ PAPEGAUT ET DENISE, SA FEMME, D'UN ARPENT DE VIGNE ET D'UN BATIMENT PRÈS DE LA CROIX DE PELINART. (B. 11, p. 107.)

Universis praesentes litteras inspecturis et audituris, Laurentius, archidiaconus Transmeduanensis in ecclesia Andegavensi, salutem in Domino.

Noveritis quod, cum Andreas dictus Papegaut et Dionisia, ejus uxor, de parochia Sancti Johannis Euvangelistae Castrigunterii, tenerent quoddam quarterium vinearum situm in parochia de Azeio, in feodo prioris de Azeio, juxta Crucem de Penlinart, et

dicto priori pro dicto quarterio vinearum et quodam atrio sito prope dictum quarterium vinearum quinque solidos monetae currentis nomine census annis singulis reddere tenerentur, et reddere non poterant, ut dicebant ;

Praedicti Andreas et ejus uxor praedictum atrium cum praedicto quarterio vinearum praedicto priori, tanquam domino feodali, dimiserunt et penitus quitaverunt ad voluntatem ipsius prioris et successorum suorum in prioratu praedicto plenarie faciendam, contradictione dictorum Andreae et ejus uxoris seu haeredum aut successorum quos ad hoc obligant expresse et specialiter in aliquo nonobstante.

Et fidem in manu nostra . . . .

Et, ad petitionem ipsorum, sigillum nostrum praesentibus litteris duximus apponendum in testimonium veritatis.

Actum die sabbati post festum beati Michaelis aestivalis, anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo quinto. HERVEUS.

XLIII. — 1277, avril. — ACTE DE LAURENT, ARCHIDIACRE D'OUTRE-MAINE, PORTANT VENTE AU PRIEURÉ D'AZÉ PAR JACQUES BOTIN ET LISÉE, SON ÉPOUSE, D'UN BATIMENT, D'UNE VIGNE ET D'UN CHAMP A PELINART, MOYENNANT CINQUANTE SOUS. (B. 25, p. 132.)

Universis praesentes litteras inspecturis et audituris, Laurentius, archidiaconus Transmeduanensis in ecclesia Andegavensi, salutem in Domino.

Noveritis quod, coram nobis in jure constituti, Jacobus dictus Botin et Lisea, ejus uxor, de parochia de Azeio, in hiis quae sequuntur a dicto marito suo authorisata,

Spontanei et unanimes vendiderunt et perpetuo concesserunt priori de Azeio quoddam atrium cum quadam petia vineae et terra ac arboribus circa dictum atrium existentibus, quae ipsi habebant, ut dicebant, sita in dicta parochia apud Pelinart, prope terram Guilleti de la Corbelière, in feodo dicti prioris ;

Habenda, tenenda et perpetuo possidenda a priore dicti loci de Azeio qui pro tempore fuerit, nomine dicti prioratus de Azeio ;

Videlicet pro quinquaginta solidis monetae currentis, de quibus

